Ugo in libris microtechni Cum tabula.

PRESTANTISSIMI

artiũ et medicine doctoris dñi Ugonis senensis in tribus libris Microtechni Galeni luculẽtissima expositio. Post oẽs impressiões vbiq; terrarũ excussas: collatis exẽplaribus manu ipsius authoris scriptis: de verbo ad verbũ apprime recognita: cunctisq; mẽdis et erroribus: quibus vndiq; scatebat: expurgata. ¶ Adiectis insup in margine quã pluribus annotationibus lectorẽ circa necessaria admonẽtibus: Necnõ duplici eleganti repertorio: nouiter fm alphabeti ordinem excogitato: quod nõ tãtũ principales: et emergẽtes questiones: verum queq; notabilia: et digna cognitu absolutissime demonstrat.

¶ Index duplex copiosissimus omnium principaliũ ac emergentiũ qõnũ: nec nõ omniũ notabiliũ: ⁊ eoꝝ: que cognitu digna sũt: ex scriptis cõsumatissimi artiũ: ac medicine doctoris dñi Ugonis senẽsis in tribus libris Microtechni Galeni. Nunc primũ scdm multiplicẽ alphabeti seriem per Lucam Panetiũ Olchinẽsẽ elucubrat⁹: accurataq; diligẽtia impssus: ⁊ p⁹.


¶ Index primus omniũ pncipaliũ qõnuz: que in toto volumine continentur.

¶ Finis primi indicis.


¶ Index scḋs omnium emergentiū qōnū:ac notabiliū: ꝛ coꝝ:que cognitu digna sūt:que in toto volumine continentur.

¶ Finiunt repertoria super scriptis excellentissimi artiuz: et medicine doctoris domini Ugonis senensis in libris microtechni galeni.

Descriptio Latitudinum. Scd̄m monacum plusq̄ cōmentatorem.



Descriptio Latitudinum Scdm Etiam Gentilis, Et pa[illegible] t Aliy.



**¶ Incipit expositio clarissimi viri Ugonis se-
nensis super libros techni Galieni.**

ETsi videaz il-
lustrissime princeps Nico
lae hestensis Marchio li-
bruz q intitulat microthe-
gni Galieni multorum expo-
sitorum laboribus elucubra-
tumqui summo ingeniorum-
gis vigilijs:magna idaga-
tionis cōtentione:ad sum-
mā vsq3 subtilitatē disputa
tionūq3 difficultatē ei⁹ ma
teriaz conati sunt eleuare.
Tamē vt tue z magnifici
viri amiciq3 tui Ugotionis erga me beneficētie nō videar
oblitus:ad tui nois ac singulorum virtutū tuarum futurā me-
moriā. Si qd meus labor afferre poterit:pposui dicti li-
bri expōnē aggredi:confisus almi cōditoris oium auxilio
ad finē vsq3 psequi posse. Eoq3 maxime in eo intētionem
adhibui q nunc in almo studio p te in ciuitate tua parme
cōdito ad illius lecturā deputatus sum. ¶ Sed anteq3 ad
expōnē dictorum Galieni descēdā inuocabo diuinū auxiliū.
Est enim laudāda pfecto platonica cōsuetudo diuina opa
deo inuocato duce nō secus incipe. hui⁹ g cā flecto genua
ad patrē dñi nři Jesu chři orans vt cū sua laude p. deinde
cum fructu legētiū mihi cōcedat breuiter z lucide verita-
A tē dictorum Galieni in hoc volumine planā facere. ¶ Sz cū
scie z artes rōnabilr z cōplete ɔstitute partes quasdā ha-
beāt sub cōibus rōnibus de suis scibilibus cōsiderantes.
Alias vo sub pprijs vsq3 ad spālissima: Galienus in medi
cina cōposuit hunc librū:vt sub generalibus tm̄ rōnibus
oia medicine scibilia cognoscerent in eo:z hoc mō vere di
cit Haly. phemio sui cōmentiz:in eo oēs regulas medicine
cōtineri:nō q senserit q ois spālis regula in ppria forma
sit hic posita. nā tūc relīq libri medicine supfluerent. Ex q
intelligit p hūc librū esse pⁿ via doctrine:nā a cōioribus est
B inchoādū. p physicorum. tex. z cōmēto 4°. ¶ Scdo itelligit
intētio libri. nā cū medicina sit de corpe humano sanabili
z egrotabili opabili a medico:z reliqs habētibus attribu
tionē ad hoc:in illo libro intētio est de eisdē sub gnālibus
C tm̄ rōnib⁹ sciētiā tradere. ¶ Tertio pz vtilitas. nam sine
his que h tradunt scia medicine penitus hri nō pōt cū re-
liqua psupponāt ista. Est etiā alia vtilitas ex eius breuita
te z ordine vt facile oiuz medicine scibilium recordemur.
D ¶ Quarto patet pportio huius libri ad alios oēs simul.
nā est sicut icōpletū z impfectū respectu pfecti. Et iō recte
dixit Haly. cōparari ad artez totam:sicut puer ad virum.
E ¶ Quinto patet q̄re noiat microtechni. nā techni apud
grecos:idē est qd ars apud nos:z micro. i. paruū micro-
techni. ergo. i. parua ars:qr eniz vlia sunt pauca respectu
particulariū:ideo hic liber est paruus:z qr omnia scibilia
medicine in isto cōsiderant quodāmodo. ideo dr ars z nō
noiat pars artis:qd dictū lz sit impropriū tamē ppter di-
F ctā cām sumpsit originē. ¶ Nomē aūt auctoris est Galie-
nus de ciuitate Pergami in asia oiuz antiquorum in medici-
na peritissimus. ¶ Diuisio vo videbit in phemio. Et via
doctrine qua vtet in eodē phemio a Galie. ipso declarabi
tur. z sic pz octo illa q in pncipijs librorum dixit Cōmētator
Auer. phemio physicorum esse narrāda ab expositoribus:
in qbus sunt libri cause que ab alijs per se numerari solēt.
G ¶ Cui vo parti phie supponat. puto q nāli phie nō obstā
te q sm partes sit practica. Nā z sbm eius. s. corp⁹ huma
nū sanabile zc. est sub subiecto nālis phie:z pncipia pba-
tionū eius ex nāli phia supponunt. Unde in de sensu z sen-

sato dr. phi est de sanitate z infirmitate pma inuenire pn⁹:
nec etiā sanitatē:nec infirmitatē possibile est fieri carēnb⁹
vita. g sequr q phicorum plimi z medicorum q magis phice
artē psequunt:ibi qdem finiunt ad ea que de medicina:hi
vo ex his que de nā incipiunt de medicina. Et hoc plane
sentit Conciliator:annexo scdo differentie tertie. His ergo
preambulis breuissime expeditis descendo ad litteraz ex-
ponendo. L.

TRes sunt oēs doctrine que ordi-
ne habentur.
¶ Tres sūt omnes doctrine or- Lauré.
dinem subsequentes.
¶ Tres sunt omnes doctrine q Leoni.
ordini inherent.

¶ Iste liber diuidit in duas partes. s. phemiū z tractatum
ibi z°(Medicina est) phemiū diuidit in tres. Primo ponit
numerum doctrinarum ordinariarum. scdo declarat. tertio eligi
modū quo intēdit vti. ibi z°(Prima qd.) 3° ibi(Hic vo) De
p° dicit q oēs doctrine ordinarie vel habite sm ordinē sūt
tres:z est sensus q oiuz doctrinarum ordinariarum modi pce-
dendi sunt tres in genere. posuit g numerum in doctrinis p
numero modorum pcedēdi. ¶ Considerādū g p q hoc no- Nō p.
men doctrina:qnq3 sumit pro habitu certo quez acqsiuit H
discipulus a doctore:qnq3 sumit pro actione doctoris que
est manifestatio incogniti in discipulo a magro:z illo mo-
do est idē qd doctio vel doctrinatio. Ista aūt actio cum sit
idē realr cū passione discipuli realr est id qd disciplinatio.
Attēdendū tn̄ cū multe sint doctoris opationes deseruien
tes:ad hoc vt discipulus cognoscat incognitū:sicut ei⁹ p-
meditatio platio z opationes plationi deseruiētes z scri-
ptura vel nutus:nulla tn̄ istarū est doctrina vel doctrina-
tio:nisi ista q est formalr pductio vel factio certe notitie in
discipulo a doctore:z ista nō est aliud realr:vt puto q3 cer-
ta notitia in discipulo pro quāto est in acqri:z eadē est di-
sciplinatio. ¶ Ex quo pz q platio magistri:z scriptura nō I
sunt doctrine:lz oppositū senserit Haly. cōmēto p. ¶ Su-
mit 3° doctrina pro habitu magistri p quā cognoscit certe
verū qd docere aptus est. In pposito doctrina sumit scdo
mō. ¶ Q, si q̄rat qūo a magro fiat scia vel certa cognitio K
in discipulo:dicit q quorūdā sufficit certa intellectio:ma-
gister g faciēs intelligere signis facit discipulū certe crede
re:sicut vi hoi q nunq3 pus cogitauit in hoc pn°:si ab eq-
libus eq̄lia demas remanētia sunt eq̄lia. ille q faceret euz
hoc intelligere faceret hoc idē pnᵐ esse certū. nā istis pnci
pijs assentimus cognitis terminis:vt sumit p posterio. zc.
¶ Quedā aūt sunt q nō sic statim credunt intellectis ter-
minis:imo demōstratione vel alio pcedēte discursu indi-
gent. Ista g nō manifestant nisi p pcognita. vt sumit p po-
sterior. z nō p oia pcognita sed ppria ei zc. z ista pcogni-
ta nō sufficiūt:nisi eo mō ordinent q hēant pprietatē z vir
tutē:illud incognitū manifestādi. nā cognitio pncipiorum
geometrie nō sufficit ad sciēdū pmā ɔnē:nisi eo mō ordi-
nent quo sint sufficiētia ad ipsaz inferēdā. ¶ Cū g intelle-
ctus habuerit maiorē z minorem p se notas alicuius sylā
pfecti:sicut sunt q̄tuor pmi modi pme figure statiz cū de-
bite ordinent mouet sil intellectus nālr ad faciēdā vel ad
credēdā ɔnē. doctor igit faciēs discipulū hre pmissas per
se notas:z faciēdo eū ordinare hre est cā certitudinis ɔnis
pus dubie:z talis ordinatio intētionū est imediata causa
scie vel notitie apud intellectū discipuli. ¶ Ex quo pz hāc L
ordinationē que est rō siue argūᵐ de re dubia faciēs fidem
quātū ad acqsitionē scie ppe dicte nō eē doctrinā modo
pposito:sed cām imediatā doctrine:sicut pductio luminis
in medio calefaciētis ipm:nō est calefactio:sed cā ei⁹:cui⁹ M
oppositū dixit Monach⁹ cōmēto p. ¶ Nota z° q lz hoc z°.

nomē scīa dicat̄ de omni credulitate firma sine hesitatiōe: tñ qñq3 sumit̄ strictius pro firma credulitate necessarij: ⁊ qñq3 sumitur strictissime pro firma credulitate necessarij demr̄abilis acq̄sita p demōstrationē. ¶ Doctrina ḡ q̄ est doctrinario nō sumit̄ hic pro acq̄sitione scīe mō p̄. nā talis credulitas plib⁹ modis ordinate acq̄rit̄: nec sumit̄ hic doctrina pro acq̄sitione scīe mō 3° tm̄. na tūc diffinitiua nō eēt doctrina: sumit̄ ḡ pro acq̄sitione scīe mō 2°. quo multotiēs cognitionē pncipioꝝ demr̄ationis acq̄rim⁹: voluit ḡ Gal.

n 3° ꝙ trib⁹ modis ordinarijs tm̄ acq̄rimus a doctore notitia3 certā rei nec̄ie sub rōne necessarij. ¶ Tertio nota ordine3 eē debitā ꝯñtiā ⁊ añtiā inter p̄us ⁊ posteri⁹ ⁊ quot modis cōtingit aliq̄d alio dici p̄us: tot modis dī ordo. qr ḡ aliq̄d dī alio p̄us ſm situ: vel ſm quēdā ordinē: a quo tñ nō depēdet posteri⁹: ideo nō ois ordo est depēdentia debita: cuius tñ oppositū: videt̄ dicere Monachus cōmēto p̄. ⁊ cōcilia. diīa 8. ⁊ plures sequētes.

o 4° ¶ Nota 4° ꝙ in doctrina ordo aut est aliquoꝝ eēntialr̄ ordinatoꝝ: aut accidētalr̄: ⁊ nos hic nō itelligimus de ordine: nisi habētiū eēntialē habitū adinuicē: aut in cāndo: sicut cāe ad effectū: aut in notificādo eēntialr̄ sicut diffinitio ad diffinitū. cū ḡ dicimus modos ꝓcedēdi ſm ordinē esse tres intelligimus de eēntiali ordine. ¶ His notatis ꝓ̄ Gal. sic ꝓbat̄. oē qd̄ notificat̄ mō dicto aut est demōstrabile: aut nō. Si est demōstrabile nō notificat̄ mō dicto: nisi p demōstrationē. vt sumit̄ p̄ posterio. scire. n. ea quoꝝ est demōstratio: nō est nisi p demōstrationē: ⁊ qr ois demr̄atio aut est p cām: aut p effectū: ideo doctrina q̄ est manifestatio demōstrabilis nō fiet nisi alio duoꝝ modoꝝ. s. resoluēdo vel cōponēdo. Si v̄o id qd̄ notificat̄ nō fuerit demōstrabile: ⁊ debeat notificari: p3 ꝙ notificet̄ p notificationē cognitionis terminoꝝ: ⁊ in tali manifestatione: si fuerit ordo eēntialis nō erit nisi diffinitiu⁹ modus vel aggregatus ex plib⁹ diffinitiuis. verbi. g. hec ꝓpositio. angulus planus est alternus cōtactus duaꝝ lineaꝝ: quaꝝ expāsio est sup supficiē applicatione nō directa: si nō fuerit cognita: est qr terminos ignoramus scibiles: ḡ ponēdo diffinitionē eoꝝ: ⁊ eā explanādo notificabit̄ dicta ꝓpositio: ⁊ si vnus tm̄ ignoratus fuerit erit vn⁹ diffinitiuus ꝓcessus: si v̄o plēs: plēs diffinitiui ꝓcessus dicent̄. ¶ Ex q p3 doctrinā dici ordinaria3 respectu vnius determinati scibilis vt respectu vnius ꝯnis vel propōnis.

p Tres modi doctrine ordinarie. **Sed restant** adhuc duo dubia. p̄m̄ qm̄ Auerro. p̄ physicoꝝ. cōmēto p̄. dicit tātū vnū modū doctrine ordinate: dicit enī3 ⁊ inuit p hoc ꝙ dixit ꝙ doctrina ordinata est incipe a cognitiōe cāꝝ pmaꝝ rei cognoscēde pfecte: deinde itēdere ad cognitionē aliaꝝ cāꝝ remotaꝝ ſm ordinē: donec ꝑueniamus ad cās ꝓpinquas: hic dī a Cōciliatore diīa. 8. qd̄ Auer. loquit̄ ibi de doctrina p anthonomasiā ordinaria q̄ est ꝓp q̄d. Sed adhuc sūt alie doctrine ordinarie minus pn̄: sicut doctrina qr etiam diffinitiua de qb⁹ hic loqtur Gal. ¶ Sed h̄ nō vī verū cū ibi loquat̄ de mō ꝓcedēdi in p̄hia nāli in qua plurime cāe tam pme q̄3 ꝓpinque demr̄atione qr cognoscunt̄. vt sumit̄ cōmēto 2°. ¶ Dōm ḡ alr̄ ꝙ in doctrinis qñq3 ꝯsideramus ordinē pticularē q tenet̄ in vnica ꝯne: vel pn̄ cognoscēdo: ⁊ hoc mō tres sunt ordinarij modi vt dī: qñq3 v̄o ꝯsideramus ordinē gn̄alē q est in ea p hoc ꝙ aliq̄d ponit̄ prius ⁊ cognoscit̄ ſm ꝙ p̄us o3 poni: ⁊ aliud posteri⁹: ita ꝙ nihil in ea p̄ponat̄: nisi p̄ponēdū. ⁊ ecōtra: ⁊ quo ad hūc ordinē nō semp ꝓcedimus demōstratione qr: vel solu3 ꝓpter q̄d. vel solū diffinitiue: imo in vna cōpleta scīa vnius generis: sicut p̄hia ⁊ medicina est impoīe vnico tali ordine ꝓcedere. Sed op3 ante cōplemētū oibus trib⁹ modis vti: qr in cognitione cāꝝ vtimur demōstratione qr. ⁊ in cognitione sciētifica effectuū vtimur demōstratione ꝓpt̄ q̄d. ſm oēm opionē: ⁊ qr vtriq3 istoꝝ ꝓcessuū est nec̄ius: ⁊ multarum diffinitionū explanatio: ideo impoīe est aliquā totā sciētiam de rebus nālibus esse vnico istoꝝ modoꝝ ordinariā ordine vlī. ordo ergo vlis dictus ſm mētē Cōciliatoris seruat̄ cū incipimus a cognitione pmaꝝ cāru3: deinde aliaꝝ remotaꝝ quousq3 veniamus ad imediatas: nō ꝙ p̄m̄ cognitū in scīa sit cā remota: imo illa notificat̄ p effectū: sed p̄m̄ demōstratū est esse cāe remote: deinde venamur esse cāe minus remote: quousq3 veniamus ad cās ꝓpinq̄s: ⁊ ille est vnus modus tm̄: q in totali scīa cōsiderat̄: p quā dī ordinaria de quo mō nihil ad p̄sens Gal. ¶ Et ex h̄ p3 ꝙ Cōciliator diīa. 8. ⁊ illi q in hoc sequunt̄ eum minus bene dixit: cū voluit Gal. intelligere ꝙ tres sunt doctrine ordinarie gn̄ali ⁊ eēntiali ordine. nā vt dī: impoīe est aliquā totā scēntia3 nālem cōpletam de vno genere physico esse tātum sub vno ordine istoꝝ: ⁊ hoc videt̄ vere sentire monachus cōmēto 2° contra expōnem Haly. ⁊ hic considera propter Conciliato. ⁊ Marsilium ⁊ sequentes.

Secunda dubitatio q̄ videt̄ modo dicto oēm doctrinā esse ordinariā: ⁊ sic supflue apponi ly ordine habent̄. nam vt dī supra. non ꝯtingit nisi aliquo istoꝝ triū modoꝝ notificari necessariū incognitū. Hic r̄ndet monachus cōmēto p̄. ꝯcedēdo oēm doctrinā esse ordinariā: sed ordinaria vel ordine habent̄ apponit̄ ad maiorē exp̄ssionē ꝙ ordo semp est in doctrina: sicut dicimus spondiles dorsi vel hoies mundi. l3 non reperiant̄ alibi. ¶ Uel 2° iuxta dicta supra dī ꝙ pncipioꝝ p se notoꝝ est doctrina que nō sit p ordine3 inter notificās: q̄ sit pars doctrine: ⁊ notificatiuū: qr p̄ per se cognoscunt̄ termini: ⁊ ipsū statim: sicut ꝓponit̄ intelligit̄ in illo. ergo declarādo nō vtimur aliquo istoꝝ triū modoꝝ. ¶ Uel tertio dōm ꝙ nomē doctrine sumitur a Gale. pro habitu vel p exēpla vel enti⁹ vel syllogismū dialecticū acquisito: ⁊ pro doctrina mō dicto p̄us: sed ille non oēs sunt ordinarie ad modum expositum. — q Doctrina ois ordinaria ē. II.

P**Rima quidem est ex finis notione: que ſm dissolutionem fit.**

¶ Prima ex finis cognitione p resolutionem efficitur. Lauré.

¶ Prima quide3 ex notione finis: que per resolutionem fit. Leoni.

¶ Nunc enumerat istas doctrinas ipsas declarādo. Et diuiditur in tres partes: sicut doctrine sunt tres. ibi secunda (Scōa vero) ibi 3ᵃ. (Tertia vero) Dicit p̄ ꝙ p̄ doctrina ordinaria est illa q̄ fit ex notione finis q̄ fit p resolōnē vel dissolōnē. ¶ Ubi notādū hanc lr̄a3 duplicē hic expōnē. Prima est monaci cōmēto 2° intelligētis p finē cām vltimatā inuētā p resolōnē q̄ est illi⁹ resolōnis finis: ⁊ p se nota: ⁊ ex cui⁹ cognitione pēdet cognitio siue scīa q̄siti. Nā q̄situ nō plene certificat̄: nisi cū in hāc deuenerit cām. Dicit 2° ꝙ h̄ doctrina fit p dissolōnē h̄ modo. qr ꝓposita ꝯne dubia ſm Arist. artē. 2° posterioꝝ. volētes ei⁹ hr̄e scia3: q̄rimus mediū p qd̄ nobis notificat̄. ⁊ in p̄ figura maxie q̄rimus ſm Arist. in p̄ poste. vnū qd̄ sit sbm maioris extremitatis: ⁊ p̄dicatū minoris. tale ḡ mediū cū inuenit̄: si fuerit cā simul facit cognoscere ꝯnē ⁊ cām ei⁹. In ista igit̄ inuētione medij: qd̄ est cā ꝓcedimus ab effectu ad cām: ⁊ qr ius notificationis ꝯnis: maxime est ex hac inuētione ideo talis modus acq̄rēdi doctrinā: dicit̄ resolutiuus: q̄ in illa inuētione ꝓcedimus ab effectu q cōiter est cōpositior ad cām que est simplicior: ⁊ qr sic inueniēdo certificamus effectu3 per cām: ideo dicimus demr̄atione: ꝓpter q̄d ⁊ cāe facere doctrinā resolutiuā ſm ergo monachu3 doctrina resolutiua est q̄ fit syllo demr̄atiuo cāe. tunc ḡ sic exponit̄ textus. p̄ est q̄ fit per vel ſm dissolutionē. i. per inuētionē cause ꝓposito effectu dubio: q in causa resoluit̄: ⁊ que fit ex notiōe. i. notitia finis. i. cāe vltimate inuēte p dissolutionē. nā aliaꝝ

causarum scia pēdet ex hꝫ notitia. ⁊ ꝓꝓ hoc dī infra qḋ inci pit ex finis notione: nō ꝙ notio hui⁹ finis sit hꝰᵐ ꝯsideratuꝫ in hac doctrina. ꝓ enīꝫ ꝯsideramus effectū: q̄ est nobis du bius: ⁊ venamur cām: ⁊ cū inuenimus cām imediatā du bitamus an sit: ⁊ querimus ei⁹ cām quousq; veniamus ad cām vltimatā q̄ est ꝑ se nota. Sꝫ iō dī ab hac vltimata cā icipe: qꝛ anq̄ ad illā ꝑueniat nullū ꝯsideratoꝝ ē scitū: ⁊ ꝑ ꝑ isti⁹ cāe inētionē ⁊ notitiā: ⁊ eīq̄ oīa ꝑus ꝯsiderata sciunt.

¶ Scḋa expō est ꝯciliatoris. diu. 8. intelligētie ꝑ finē effe ctū: ⁊ est sensus. ꝑ̓ doctrina q̄ fit ex notitia effect⁹ per quā notificamus cām: ⁊ fit ſm dissolōnē: qꝛ in notificatione ꝓ cedimus ab effectu cōposito ad cām simplicē: ⁊ hec est fa cilior. ¶ Prima tñ videt magis cōformari qbusdā dictis Galieni: vt ꝙ sit hꝰ: qꝛ sine dubio illa q̄ est ꝓpter qd est di gnior ⁊ prior: ⁊ ꝓpter q̄dam alia que facile soluuntur.

¶ Ego autē qꝛ video in inētione scie effectus ꝑ cām duplicē ꝓcessuꝫ. ⁊ silr in inuētione scie cāe ꝑ effectū vnū inētionis medij: aliū aūt notificationis: ⁊ ꝓcessus inuētionis in de mōratione ꝑ cām est resolutiuus alter cōpositiuus. econtra aūt est in demōne ꝑ effectū. iō puto quacūq; istaꝝ pōnuꝫ accepta posse saluari leuiter ⁊c̄. III.

Secunda vō est que ex compōne ſm resolutionem inuentorum.

¶ Secūda ex compōne eorū q̄ sunt per resolutionem inuenta.

Leoni. ¶ Secunda ex compositione constat eoꝝ que ex resolutione fuerint inuenta.

¶ Declarat 2ᵐ dicens. ꝙ 2ᵃ doctrina est ista q̄ fit ex cōpōne inētoꝝ ꝑ dissolōnē. nā in cōpositiua ꝓcedimus cōponēdo ea q̄ inueniunt cū dissoluimus vel illis ꝓportionabilia. ⁊ hoc hꝫ verū siue dicamus cōpositiuā eē ꝑ demōstrationē qꝛ vt vult monachus siue ꝑ demōstrationē ꝓꝓ qd: vt vult ꝯciliator. ¶ Ad hoc aūt plane intelligēdū ponamus exē plū. ꝑ ſm viā pmā. 2ᵒ ſm aliā. Sit ḡ dubia ꝓpō vtrū in sor. sit febris. ego ꝯsidero ꝙ mediū sufficiēs ad hoc arguēduꝫ eēt humor putridus suo calore accn̄tali calefaciēs cor. sor. Sed dubiū est ꝓꝓ qd iste humor est in sor. mediū est: quia in eo fuit ꝓhibita transpiratio ꝑ quā retinent fumi super flui. Sed restat dubiū ꝓꝓ qd ꝓhibita trāspiratio est in eo: ⁊ inueni mediū: qꝛ in eo fuit opilatio. ⁊ q̄rit ꝓꝓ qd opilatio inuenit: qꝛ in eo sunt humores multi flegmatici ꝑ indigestio nē geniti. ⁊ q̄rit ꝓpter qd humores ⁊c̄. inueniunt: qꝛ plus appetit q̄ꝫ possit digerere ⁊ q̄sita cā. mediū inuenitur: qꝛ hꝫ malā cōplōnē frigidā in stōcho. hoc ḡ mediuꝫ grā exēpli sit cā imediata ex cuius cognitione oēs relique siūt note. ꝓcedimus igit in medioꝝ inuētione continue resoluēdo.

¶ Sed si ecōtra ꝓcederemus ⁊ dubitaremus vtrum sor. hēat frigidā cōplōnē stōchi: ⁊ inuenio pro medio ꝙ plus appetit q̄ꝫ possit digerere. ⁊ q̄ro vtrū plus appetit ⁊c̄. ⁊ in uenio pro medio hūc effectū qḋ hꝫ humores multos vi scosos: ⁊ postea silr inuenio ꝙ hꝫ opilationē: ⁊ sic vsq; ad febrē ꝓcedēdo cōtinue cōponēdo in inuētione medij. ⁊ pꝫ ꝙ h̓ cōponimus cās ꝑus ſm dissolōnē inuētas. sit igit cō positiua ex cōpōne inētoꝝ ꝑ resolōnē. tu vero potes mō ꝑ te formare exēplū ſm aliā pōnē faciēdo ordinē sylloꝝ: vt sor. febrit: ergo hꝫ humorē putridū: ⁊ hꝫ hunc. ḡ fuit ꝓhi bita trāspiratio: ⁊ vltra quousq; veniamus ad pmā cām. h̓ ꝓcessus est qꝛ. ⁊ est resolutiuus. ¶ Nobis vō eꝫ icipiē tib⁹ hꝫ malā cōplōnē frigidā. ḡ plus appetit q̄ꝫ possit dige rere. ⁊ plus appetit. ḡ gn̄at humores mltos viscosos ⁊ ge nerantē patit opilatiōes: ⁊ sic vsq; ad febres ꝓcedēdo cō ponēdo. pꝫ ꝙ cōponim⁹ cās inētas ꝑ dissolōnē: ⁊ hec exē pla sūt satis ad ꝓpoᵐ. nō exᵐ Hali. com̄. 2. ⁊ Hali. ꝑ theori ceq̄ grā breuitatis dimitto: sꝫ tu vide a monacho com̄. 2. ⁊ a ꝯciliatore diu. 8. Deinde cū dicit. IIII.

Tertia vō ex termini dissolutione: cui nunc insistimus. Appellare aūt licet hmōi doctrinā: nō solū termi dissolo neꝫ: sed etiā apertionē: vt qdā noiaue runt. Aut resolōnē: aut diuisionē: vt alij qdaꝫ. Aut explicationem: aut expōnem vt alij.

¶ Tertia ex diffinitionis dissolōne de qua nunc tractamus. At licebit talē doctrinā appellem⁹ nō solū diffōnis dissolōnē: sꝫ ēt explanationē: q̄uo aliqui noiauerunt: aut resolōnem: aut diui sionem: aut q̄uo alij qdam explicationem: aut enarrationem quomodo alij. Laurē.

¶ Tertia ex diffōnis dissolōne: cui nūc incūbi mus. Lꝫ aūt huiuscemodi doctrinā appellare: nō tm̄ diffōnis dissolōnē: sꝫ ⁊ explicationem: vt nōnulli vocarūt: vel resolōnē: vel diuisionē: vl (vt nōnlli alij) explanationē: vl expōnē: vt alij. Leoni.

¶ Declarat tertiā doctrinā ordinariā. ⁊ diuidit in tres. ꝑ fa cit qḋ dictū est. 2ᵒ ponit varios modos appellationis hui⁹ doctrine. 3ᵒ ostēdit q̄uo circa vsuꝫ haꝝ doctrinaꝝ aliq me dici se habuerūt ⁊ q̄uo ipse. 2ᵃ ibi. (Appellare.) ibi 3ᵃ. (Co nati sunt ḡ.) ¶ Dicit ꝑ̄ ꝙ tertia doctrina ordinaria est illa q̄ fit ex dissolōne termini. i. diffōnis cui doctrine nūc insisti mus. s. in isto libro techni. ¶ Notādū ḡ ꝙ hoc nomē ter minus q̄nq; sumit pro diffōne: vt ꝑ topicoꝝ. ⁊ h̓ iō qꝛ diffi nitio terminat ⁊ finit qditatiuā notitiā diffiniti ipsaꝫ cōplē do. A ¶ Nota 2ᵒ ꝙ doctrina diffinitiua de q̄ loquitur hic Gal. est alia a doctrina diffinitiua vel methodo diffōnis tradita ab Aristo. 6. topꝫ. ⁊ 2. poste. Nā ille Arist. sūt artes ad inue niēdā diffōnē: h̓ aūt diffinitiua Gal. est ponere diffōneꝫ: ⁊ diuidere eam iam inuētā in ꝑtes: ⁊ oēs partes explanare. B ¶ Sunt ḡ tria opa hui⁹ doctrine. Unū est diffōnē ponere. 2ᵐ est diuidere in ꝑtes. 3ᵐ est ꝑtes explanare. Et h̓ intendit Hali. cōmēto. 4. Sed qꝛ Gal. hāc diffōnis expōneꝫ ponit tertiū gen⁹ doctrine: ⁊ nō inētionē ad hui⁹ cām declarādā opꝫ videre q̄uo diffōnes inueniātur. ¶ Sciēdū ḡ ꝑ ꝙ diffi nitionū: vt sumit. 2. poster. ab Arist. q̄dā sunt ꝓn̄ demon strationū ⁊ sciaꝝ q̄ supponunt: vt in ꝓn̄ geometrie diffini tio puncti ⁊ linee: ⁊ superficiei: ⁊ figure: ⁊ circuli: ⁊ anguli: ⁊ sic de multis. ⁊ istas nō opꝫ ꝓbare: aut venari. q̄dam sunt diffōnes sola pōne differētes a demōstratione. Et iste sunt diffōnes passionū assignātes qd est passio: ⁊ ꝓpt qd inest sbo. sicut hꝫ. g. eclipsis est defect⁹ luminis in luna ꝓpter diametralē interpositionē terre inter solē ⁊ lunā. ⁊ dn̄r de mōstratio sola pōne ab ea differētes: qꝛ ꝑ eas rn̄det ad in terrogationē de ꝓpter qd est tanq̄ꝫ ꝑ mediū. cuius vigore demōstratio format: ⁊ vis ei⁹ pēdet tota: vt ꝓpter qd luna eclipsatur: rn̄detur dādo cām demōstratiuā: qꝛ ꝓpter dia metralē terre iterpōnē inter solē ⁊ ipsaꝫ deficit in lumine: ⁊ in huius cāe demōstratiue assignatione ponitur illa dif finitio: nisi ꝙ nō eodē ordine terminoꝝ quo ponitur: cū ꝑ eā rn̄detur ad iterrogationē de qd est eclipsis. Naꝫ cū ita iterrogat rn̄suꝫ est defect⁹ luminis ⁊c̄. id ergo. s. genus qḋ in cāe assignatione ponit vltimo hic in assignatione diffō nis ponit ꝑ: ⁊ ſm cōeꝫ scolā tales diffōnes sunt mediū in demōstratione potissima q̄ a cōmētatore dī simplr demō stratio ꝓhemio physicoꝝ: lꝫ nō ois demōstratio simpl̓r sit po tissima. ¶ Sed terti⁹ modus diffōnuꝫ est diffinitio q̄ est ꝯ sylli: aut demōstratiui: aut alteri⁹. ⁊ ista dicit qd est res: lꝫ nō est mediū debitum potissime demōstrationis lꝫ in multis alijs nos adiuuet: ⁊ vocat cōiter formalis diffinitio: sicut ira est appetitus vindicte: ⁊ plurimū cōtingit ꝙ per artes C

Laurē.

Leoni.

diffinitiuā tales venamur diffōnes: nō tñ credēdū vt dicit monachus cōmēto 2° has solas posse venari. Nā Aris. 4° physi. q̄rit loci diffōnē: ⁊ eā venat: vt p istā passiones demōstrare possit. ⁊ 2. de aīa. diffōnē aīe: vt in istis locis plane a Cōmētatore pōt colligi. venamur g̊ oē diffōnis gen⁹ dū nō fuerit p̄mo notū. ¶ Sciēdū 1° q ad hoc q̄ Arist. 2.
D posteř. ostēdit q̄ diffinitio inquātū h⁹ nō ostēdit syllō demonstratiuo: nec syllō hypothetico p̄ 3ⁱᵘ diffōnē: nec per inductionē: sed inuenit p diuisionē ⁊ cōpōnē diuidētiū: diuisio aūt sola nō est sufficiēs ad hoc vt p eam manifestet aliqd incognitū nedū q̄ p eā inueniat diffinitio. In diuisione enī g̊ ꝯcludit p modū ꝯcessionis: ⁊ nō q̄ necio sequat ex his que p̄missa sunt. sicut verbi gr̄a. si volo ostēdere p diuisionē q̄ hō est aīal rōnale. ꝓcedit hoc mō. hō est sb̄a aut g̊ corporea: aut incorporea: ⁊ ponit vel ꝯcedit q̄ est corporea: non q̄ ꝓbet: postea est corporea: aut aīata: aut inaīata: ⁊ ꝯcedit q̄ aīata: ⁊ sic aīatū diuidit: aut rōnale: aut irrationale: ⁊ ꝯcedit q̄ rōnale. qd̄ g̊ in fine dī. hō est sb̄a corporea aīata rōnalis: nō ꝓbat: sed petit. nō g̊ sola diuisio sufficit ad inueniēdū diffōnē dubiā: nec sola cōpositio. ¶ Sed diuisio multū confert: p̄cipue vbi diuidat genus semp per suas p̄mas dīas ⁊ eēntiales. nā diffinitū non euadit quin sub altero diuidētiū cōp̄hendat. ¶ Cum g̊ genus fuerit dubiū de aliquo diffiniēdo. p̄mo inuenit p artē vel methodum generis traditā in topicis. ⁊ silr cū dubiū fuerit: que dīe de specie dicant p eandē methodū ostēditur eē essentiales ꝯstitutiue dīe diffiniti. ⁊ tandē methodo ꝓprij q̄rimus verū cōpositū ex oib⁹ sit ꝓpriū: q̄ inuēto vtimur methodo diffinitiuo. 6. top. ⁊ ostēdimus illud eē diffōnē p diuisionē. ergo ⁊ cōpōne diuidētiū. ¶ Inuētis⁹ p̄dictis methodis. s. generis proprij diffinitionis venamur diffōnes.
E ¶ Ex his p3 q̄ in inueniēda diffōne fm artē Aristo. non semp vno mō ꝓcessus vtimur. sed q̄nq3 diuisiuo: q̄nq3 demonstratiuo vel ostēsiuo: q̄nq3 ad ostēdendū genus: q̄nq3 ꝯuertibile ꝯstat q̄ in his modis nō seruat vnus ordo. Et iō nō ponit a Gal. modus doctrine ordinarius. ¶ Et si h̄ cōsideras videbis hoc valde rōnabilius q̄3 dicere: vt dicit Cōciliator dīa. 8. q̄ per artē Aristo. nō extrahit q̄situ. nā nimis dehonestat Aristo. q̄ tradat vnā artē ad inueniēdū vnū q̄situ tāto studio: ⁊ q̄ p illā non extrahet. Sed in hoc ꝓcessu Galienus semp consimili modo ꝓcedimus vsq3 ad
F finē explanando terminoꝝ signationes. Et iō rōnabiliꝰ dē diffinitiuus ordinari⁹. ¶ Qd̄ aūt dicit plusq̄3 Cōmētator. cōmēto. 2. iō non dici ordinariā diffōnē Aristo. q̄ plurime diffōnes supponunt: ⁊ pauce inueniunt nō est sufficiens. Nā etiā pauce isto mō quo Galienus vtit dissoluunt. Itē3 multū ⁊ paucū nō variāt spēm. Itē multas diffōnes Aris. in libris nāribus ⁊ moralib⁹ venat: vt p3 inspiciēti libros. ¶ Tertio notādū plusq̄3 cōmētatorē dicere. com. 2. hanc tertiā doctrinā. s. Galie. diffinitiuā nihil ignotum declarare per notum: ⁊ dicit nos non vti hoc genere doctrine ad particularia quesita sciētie declaranda. ⁊ ob hanc causam non dici ab Aristotele genus doctrine.

Sed hec dicta nō videtur omnia vera iuxta superius posita: q̄ hoc genus est ad faciēdū scire. scia scd̄o mō sumpta dictā ꝓpōnē in qua diffinitio de diffinito p̄dicatur que est p̄ri⁹ scie: ⁊ ad quā3 scia3 sufficit dictoꝝ plena intellectio sine arguitione. Cum ẏo hoc genere vtimur ad solā memorationem vel ordinationē capituloꝝ non puto dici doctrinā: sed solum mō supra posito. accidit autē simul vt det ordinem capituloꝝ: ⁊ facilem faciat memoriam totius scientie diffiniti.

¶ Appellare aūt. Hic ponit diuersa noīa q̄bus hec doctrina noīat dicēs. q̄ l3 istā diffinitiuā doctrinā appellare3 non solū dissolōnē termini. i. diffinitionis: sed apertione3: aut resolōnem: aut aliis noībus positis in littera: ⁊ causa patet consideranti. Deinde dicit. V.

C Onati sunt ergo q̄dam Herofiloru3 hmōi facere doctrinā: queadmodu3 Heraclides ⁊ Eritheus.
¶ Nonulli igitur Herophili sectatores talem doctrinam efficere sunt aggressi: velut Heraclides erinthrensis. Laurē.
¶ Conati sūt ⁊ herophilioꝝ q̄dā talē facere doctrinā: queadmodū Heraclides Erythrieus. Leoni.
¶ Hic ostendit qualiter antiqui medici ⁊ ipse se habuerunt circa vsum harum doctrinoꝝ: ⁊ dicit quattuor. P̄rimū q̄ q̄dam medici de secta Herophili illius. s. veri conati sunt facere huiusmodi doctrinam. s. diffinitiuam quemadmodum Eraclites Eritheus. VI.

C Onati sunt ⁊ eā que fm cōpōne3 ipsi herofili ⁊ quida3 erasistratoꝝ ⁊ athenienfis athaleus.
¶ Componēdi ẏo doctrinā sūt ipsi herofili sectatores efficere aggressi: ⁊ aliq̄ q ab erasistrato fluxerunt: atq3 ēt attales atheniēsis. Laurē.
¶ Conati sūt ⁊ eā q̄ p cōpōnē: ⁊ ipsi herofilij. ⁊ q̄dā erasistrati sectatores: ⁊ atheneus atalcus. Leoni.
¶ Dicit scd̄o q̄ tam herophili de quibus statim dictum est q̄3 etiam q̄dam herasistratorū ⁊ atheniēsis athelcus sunt conati facere doctrinam compositiuam. VII.

N Ullus tñ ante nos scripsit eam que ex finis notione icipit: ex qua omnes artes consistunt fm rationem.
¶ Nemo tñ ex maiorib⁹ scripsit doctrinā ex cognitione finis icipiētē ex qua artes omnes vtentes docēdi via ⁊ rōne consistunt. Laurē.
¶ Neminē tñ ante nos eā que orit a notione finis scripsisse cōperimus: ex qua oēs artes via quadā: atq3 ordine constituuntur. Leoni.
¶ Dicit tertio. q̄ nullus ante ipsum: ⁊ intelligat de medicis scripsit illā doctrinā que icipit ex notione finis. ex qua consistunt omnes artes fm rationem. VIII.

S Ed ⁊ illa quidē alibi ptransiuimus.
¶ Sed illam alibi docuimus. Laurē.
¶ Sed illam quidem alio pertractauimus loco. Leoni.
¶ Dicit quarto: q̄ ipse alibi pertransiuit illā. i. est vsus illa. ¶ Circa p̄mū dictū considera q̄ ex quo dī conati sunt vī3 inuere q̄ non p̄fecerūt. ⁊ sic etiā in scd̄o dicto. ¶ Sed tūc fm viam plusq̄3 cōmentatoris videt graue q̄uo medici famosi non p̄fecerunt doctrinā compositiuā cum illa sit valde facilis que ex effectu ꝓcedit ad cām. ¶ Hic potest dici q̄ l3 inter alia genera demonstrationu3 sit facilius tñ isti: q̄ carebant logica non p̄fecerunt cū debitis conditionib⁹ demonstrationis. fm tñ expositionē Haly. qui illam dicit fieri p demonstrationē ꝓpter quid. non est mirū si antiqui medici conati sunt eam facere ⁊ non p̄fecerunt: q̄ est difficile. ¶ Circa tertiū dictū considera q̄ hic plusq̄3 cōmētator sumit motiuū ad dōm q̄ in resolutiua sit ꝓcessus ꝓpter quid. nā aliter non esset verū q̄ nullus ante ipsum de medicis scripsit doctrinā resolutiuā: q̄ multi scripserunt ꝓcedendo demonstratione q̄ est: cum sit facilis. ergo illa quā nullus ante fecit videtur difficilior: ⁊ illa est ꝓpter quid. F
Tenendo aūt viam Haly. respōdetur q̄ ante Gal. nullus scripsit in medicina perfecte ꝓcedendo aliquo genere de-

monstrationis. ¶ Nota 2° q̄ illā incipere ex notione finis dz exponi s̄m varias vias Haly. & plurib3 Cōmētatoris mo
A dis dictis supra. ¶ Tertio nota. q̄ s̄m plurib3 cōmētatorē. idō dicūt oēs artes s̄m rōnē cōsistere ex resolutiua doctrina: q̄z p rōnē intelligimus cāe assignationē. mō oēs artes s̄m cāe assignationē pcedūt p doctrinā pp̄ter qd. s̄m vō cōciliatorē artes s̄m rōnē intelligunt̄ ille q̄ incipiunt̄ a notioribus nobis & minus notis nāe. Nā ratio humana ita est apta vt plurimū pcedere. tales aūt icipiūt ab effectib9. & idō artes s̄m rōnē sunt ille q̄ pcedūt ab effectib9 supra cās.
B mō ɔstat q̄ ille sunt p doctrinā q̄a est. ¶ Circa vltimū dictū pz q̄ in libris varijs Gal. inuenimus qn̄q3 demōstrationes pp̄ter qd: vt. 3. creticoꝝ. & libro de acciden & morbo. & sic de mltis. in alijs aūt demōstratione q̄z: vt in libro nāliū virtutū. quecūq3 ḡ sit ista doctrina veꝝ est q̄ Gal. eam alibi ptrāsiuit. i. ea est vsus. Deinde dicit. IX.

Hic vō diffinitiuā faciemus doctrinā que quātum relinquit̄ ab ea q̄ est s̄m dissolutionē & dignitate & rōne: tantū abundans est ad cōprehensionez totius & memoriam eoꝝ que s̄m partem. Facile. enim memorabilia sunt satis ex termini dissolutione oīa: eo q̄ cōtineat in se totius artis capitula: & optimū terminū quē & substātialē qdā noiant: ecōtrario diuidētes his q̄ notiones appellant. Et illi sīqdē ab accidētibus diffiniūt rebus: hi vō a substātia ipsa consistunt.

Lauré. ¶ Hoc loco diffiniēdi doctrinam sumus facturi. Quātū enim superat̄ a scia resoluēdi dignitate: docēdiq3 via & rōne: tm̄ superat cōpendio artis: ac memoria pticularū p̄ceptoꝝ. Omnia enim p̄cepta satis in memoria herent ex diffinitionis dissolōne: q̄z optima diffinitio: capita totius artis in seipsa cōplectit̄: quā nōnulli nominant essentialē: ex aduerso diuisaz accidētalib9 appellatis. Ille enim ab accidētibus rerū quas diffiniunt. He ab ipsa essentia consistunt.

Leoni. ¶ Hic vō diffinitiuam faciemus doctrinā: que quantū ab ea que ex resolutione consistit: & dignitate: & ipso docendi ordine linquit̄: tm̄ & ad totius cōpendium: & ad singuloꝝ memoriam prestare inuenit̄. Sufficienter enim facillime memorie cōmēdant̄ ex diffōnis dissolōne vniuersa. Qm̄ totius artis capita in se optima diffinitio cōplectit̄: quā quidā substātialē vocant: ex aduerso distinguētes alijs: que notionales appellant̄. Ille sīqdē ab his q̄ accidunt rebus diffinitis: he vō ab ipsa essentia cōstituuntur.

¶ Eligit Gal. genus doctrine quo vsurus est. & diuidit̄ in q̄tuor. p̄mo facit hoc. 2° cōparat diffinitiuā resolutiue. 3° excusat se a pticulari determinatione in isto lib. 4° iteꝝ repetit itētionē istius libri. ibi 2°. (Que quātū) ibi 3°. (Quero s̄m) ibi 4° (Sed nūc a diffinitiua.) ¶ Dicit p̄. q̄ in isto lib. faciet diffinitiuaz doctrinā. i. vtet̄ diffinitiua doctrina. ¶ Et nota q̄ ex mō sui pcessus hic intelligimus de q̄ diffinitiua itēdit: q̄z. s. dissolutiua diffōnis & nō inuētiua eius.

¶ Que quātum. Nūc cōparat resolutiue. Et diuidit̄ in duas. p̄ facit qd̄ dictū est. 2° ponit dr̄iaz inter diffōnē & descriptionē. ibi 2°. (Ecōtrario diuidit̄.) ¶ Dicit p̄. q̄ hec doctrina diffinitiua quantū relinqtur. i. exceditur a dissolutiua in dignitate & rōne tātū est abūdās. i. tātū excedit resolutiuā ad hoc vt faciat cōpēdiose oīa: de qb9 in arte ɔsiderat̄ cōprehēdi: & ad memoriā facilē oīuz in arte scibiliuz. & pbat hoc: q̄. s. supat resolutiuā: q̄z p dissolōnē diffinitionis facile fiūt oīa scibilia artis memorabilia. Et sic pbatur q̄ ex illa doctrina fiunt facilr̄ memorabilia oīa scibilia artis q̄ cōtinet sub cōpēdio & ordine capitula toti9 artis & optimū terminū: vel diffōnē quā qdā sbalē vocāt. Sed diffinitiua doctrina est hm̄. igit̄ ex ipsa fiūt oīa artis scibilia facile memorabilia. ¶ Sequēdo ḡ dicta supius attēdēduz q̄ apud cognoscētē diffōnē de suo diffinito iste modus procedendi nihil declarat: sed tm̄ ordinat in memoria sūmas artis. ¶ Apud vō nō cognoscētē iste modus p explanationē terminoꝝ facit multotiens acqri cognitionem diffōnis de diffinito & respectu p̄moꝝ hoc nō est proprie doctrina sed ordinatio doctrine: vel certe notitie apud discipulū vel magistrū. nec isto mō est doctrina sumēdo doctrinā p doctione. sz respectu nō cognoscētis hec est aliqn̄ doctrina qn̄ sola terminoꝝ explanatio sufficit ad credēdū ppositā diffōnē. ¶ Aliqn̄ vero nō: qn̄. s. hec sola explanatio terminoꝝ nō sufficit. nō igit̄ ab isto mō in ignorāte nescio cōsurgit doctrina. & idō huic mō pcessus accidit q̄ faciat aliqd icognitū esse cognitū: sed nō ɔuenit sibi eēntialr̄ & semp respectu icogniti. ¶ In demfone vero & syllo. ɔ̄. nescio legtur & ei9 scia ad ea q̄ pmissa sunt. merito ḡ huius demōstratio: siue q̄z: siue pp̄ter qd est dignior & p̄cedit etiā rōne. i. vigore discursus. nā vigor discursus demonstratiui est ad semp faciēdā sciaz in nō habēte. sed nō ita est istius diffinitiui pcessus. & hoc est q̄ Gal. hic vult q̄ merito forme pcessus resolutiua. & pariter pōt dici de cōpositiua sit dignior ad sciētiā faciēdā. Cū hoc tm̄ stat q̄ scia qn̄ p hūc pcessuz acqrit̄ est dignior q̄3 illa q̄ p demfatonē acqrit̄: q̄z ista est p̄ncipaliꝰ illius q̄ p demfationē acqrit̄. ¶ Nota 2° q̄ pcedēdo hoc mō declarādo terminos in diffōne scie positos nos suminus capitula. i. p̄ncipales sūmas paruas: totā artē cōprehēdētes: q̄z tota ars cōprehēdit̄ sub genere sbto scie: q̄z in diffōne illi9 ponit̄: & ei9 spēb9 ad q̄s diuidit̄: sz nō pn̄t ita in paruis sūmis ex ordine colligi ea que demonstrant̄: q̄z in tota scia nō oīa q̄ demōstrant̄ sub ordine cōprehēdunt̄: imo multotiēs a capite iterū incipimus. ¶ Doctrina ḡ diffinitiua dicta p se est assumatiua capituloꝝ & cōpēdiose ɔtētiua gn̄alr̄ & in paucis oīuz artis scibiliū. & in hoc vtrāq3 doctrinā p̄cedētē excedit: & merito hui9 ēt in faciēdo memorie teneri: q̄z pauca & ordinata melius memorie tenent̄: vt sumit̄ ab Aris. in de memoria & reminiscētia. Deinde dicit.

¶ Econtrario. Ponit differētiā inter diffōnē siue optimū terminū sbalē: & descriptionē siue notionē dicēs. q̄ illi q̄ sumūt optimū terminū diuidūt ɔ̄rio mō illis q̄ appellāt notiones. i. q̄ iueniūt descriptiones. nā tales diffiniūt a rebus accn̄tib9 q̄ nō sunt de eēntia diffiniēdi. Sz illi q̄ optimū terminū inueniūt diffiniūt ab ipsa sba. i. diffiniūt p eēntialia. memorādū ḡ ex p̄dictis iueniri diffōnē iuuāte diuisiōe. & ita itellīḡdū de descriptiōe. q̄ ḡ volūt diffinire vtunt̄ diuisione in dr̄ias eēntiales. Sz illi q̄ descriptiōes venant̄ vtunt̄ diuisione in accn̄tia. ɔ̄rio ḡ q̄dā mō diuidūt. q̄uo aūt differāt descriptio & diffinitio. vide in logica. X.

Que vō s̄m partē est tractatio vniuerse medicinalis speculationis: in multis alijs a nobis scripta est negocijs qbus expedit vti ad tres doctrinas.

¶ Ceterū in multis alijs cōmētarijs oē in medendi cōtēplationē pticulatim excoluimus: q̄ Lauré.

bus vtaris ad hāc triplicē doctrinam licebit.

Leoni. ¶ Elaborata aūt est a nobis particulatim: ⁊ in pluribus ꝯscripta tractatib⁹ ton⁹ medicine ꝯtē platio: qbus vti qs possit ad triplicē doctrinā.

¶ Nunc excusat se. ⁊ dicit ꝙ in isto libro nō ponet ꝑticulares ꝯsiderationes reꝝ medicinaliū. Et rō qꝛ ista ꝑticularis determinatio medicinaliū speculabiliū ponit̃ ab eo in multis alijs libris: in qb⁹ libris opꝫ vti trib⁹ dictis doctrinis: qꝛ ꝑticulariter descēdēdo nulli⁹ nālis gn̄is scia cōplet̃ per vnū tm̄ istoꝝ triū modoꝝ doctrine vt ꝑdicit̃. vbi recte dic̄ Haly. Gal. in h̄ ꝓhemio de istis doctrinis iō determinasse vt ostēderet neccitatē logice: ⁊ faceret nos scire ꝙ ipoſſe est quēq̄ꝫ ꝑfecte scire medicinā sine arte dialectice nisi fuerit hō excellētis nāe sicut fuit Hypocras. XI.

SEd tunc a diffinitiua incipiemus tm̄ adhuc apponentes ꝙ sola capitula: ⁊ velut conclusiones ꝫm explicationem demonstratoꝝ dicetur nunc.

Laurē. ¶ Sed hac parte diffiniendi rōnem prosequemur. Id preterea adijciētes: nos hoc libro esse dicturos sola capita: ac veluti conclusiones eorum que latius explanata iam sunt.

Leoni. ¶ Nunc ṽo diffinitiuā aggrediemur: hoc vnū prefati: qđ solū capita: ⁊ quedā veluti cōclusiones eorum: que alibi latius sunt demonstrata: nunc a nobis dicentur.

¶ Repetit intētionē in hoc libro dicēs. ꝙ nunc incipiemus a diffinitiua. adhuc apponētes istis in hoc ꝓhemio ⁊ quia in isto sola capitula ⁊ velut ꝯ̄nes explicādoꝝ ꝫm demonstrationē dicunt̃ nunc. ¶ Ubi notādū ꝙ ꝑ capitulū debe-
E mus intelligere summā paruā: cui multa velut capiti per collū alligant̃: ⁊ ista sūma est q̄si abbreuiatio dictoꝝ expli-
D cite. ¶ Nota 2° ꝯ̄nē esse quodāmō abbreuiationē ꝑmissarū relicto medio. In hoc g̃ ꝙ sūma gn̄alis abbreuiat dicta explicite similat̃ ꝯ̄ni explicate ꝑ demr̃ationem. ⁊ ideo dicit Gal. ꝙ ea q̄ hic dicent̃ erunt velut ꝯ̄nes explicatoꝝ ꝑ demonstrationē: non ꝙ vere ꝯ̄nes dicent̃ sed sume gn̄ales illis in abbreuiatione quodāmodo siles. hic igit̃ liber vt recte dicit Haly. ex hoc scitur vtilis esse discipulo ad capiendum alioꝝ sciētiā ⁊ doctori ad facile memorādū ea q̄ didicit. vos igitur auide illum discite. I.

MEdicina est scientia sanorū egrorum ⁊ neutrorum.

Laurē. ¶ Medicina est sanabilium sciētia: egrotabilium: ⁊ neutroruꝫ. Nec interest si dixeris valitudinariorum.

Leoni. ¶ Medicina est sciētia salubriū: ⁊ insalubriū: ⁊ neutroꝝ. Nihil ṽo differt ⁊ sigs egr⁹ dixerit.

¶ Expedito ꝓhemio Gal. icipit tractatū diffinitiuū quē itē dit in q̄ posita medicine diffōne ipaꝫ explanat mō ꝑdicto. Diuidit aūt hic tractat⁹ in tres ꝑn̄ales libros: qm̄ in p° determinat post diffōnē medicine de corꝑibus sanis egris ⁊ neutris. In 2° de signis. In 3° de causis. Scđs incipit ibi. (Sūt aūt ⁊ hoꝝ.) Terti⁹ liber icipit ibi. (Qm̄ ṽo ⁊ haꝝ.) Prima ꝑs diuidit̃ in duas. p° ponit medicine diffōnē. 2° exponit ꝑtes ibi. (Scie g̃ nomen.) ¶ Dicit p° ꝙ medicina est scia sanoꝝ egroꝝ ⁊ neutroꝝ. ¶ Ubi notādū ꝙ hoc nomē
E medicina qn̄q̄ꝫ dr̄ de habitu quodā vel aggregato ex habitibus ꝑ demr̃ationē acq̄sitis cū ꝯditionib⁹ infra dicēdis. qn̄q̄ꝫ vero dr̄ de habitu ꝯcernēte ꝑticularia ꝯtingētia a nobis factibilia acq̄sito ꝑ quādā assuefactionē: ꝑ quā sumus opatiui introducēdo ꝯseruādoq̄ꝫ sanitatē: ⁊ remouēdo vel ꝑseruādo a morbo. hoc g̃ 2° mō non accipit̃ hic medicina: sed p°. nā 2° mō accipiēdo medicina nō eēt scia sed ars mechanica: ⁊ nullo° speculatiua: sed practica: ⁊ isto mō sūpsit Isidorus medicinā 6° ethi. cū dicit. Septē sunt artes mechanice. s. lanificiū/armatura/teatria/nauigatio/pastoralis/⁊ agricultura/⁊ medicina. Primo aūt mō sumēdo medicinā diffinit̃ hic. Ad hoc autē vt diffinitio sit cōpleta sic
F supplēda est. ¶ Medicina est scia humanoꝝ sanoꝝ egrorū ⁊ neutroꝝ scibiliū a medico. tūc enī ꝑ ista addita differt a pastorali ⁊ alijs: itellīdo ꝙ est corpoꝝ sanoꝝ neutroꝝ ⁊ egroꝝ humanoꝝ: ⁊ signoꝝ sanoꝝ ⁊ egroꝝ ⁊ neutroꝝ: ⁊ nō quoꝝlibet: sed signoꝝ humanoꝝ ⁊ causaꝝ sanaꝝ ⁊c̄. non quoꝝlibet: sꝫ humanaꝝ. Et voco signū humanū sanū ⁊c̄. ꝙ signat corp⁹ humanū sanū ⁊c̄. ⁊ cām hūanā q̄ est cā q̄re corp⁹ hūanū est sanū. Et ꝯsilr̄ dr̄ egra ⁊ neutra. ¶ Nō 2°/
G ꝙ h̄ nomē ars qn̄q̄ꝫ sumit̃ ꝓpe put ē habit⁹ practici itell'c de factibilib⁹ a nobis ꝯtingētib⁹ alr̄ se hñe. Et isto mō medicina de q̄ hic loq̇t̃ Gal. nullo° est ars cū sit scia. Et sciētia est de ipoſſib⁹ alr̄ se hñe: vt p° poster. ⁊ 6° ethi. qn̄q̄ꝫ sumitur cōiter pro oi hitu itell's directo in opus factibile: siue mediate: siue imediate. ⁊ isto mō scie dn̄r artes: sicut geometria dr̄ ars liberalis: ⁊ h̄ largo mō capiēdo artē. pꝫ ꝙ medicina est ars. ⁊ sic loq̇tur T. ypo. in libro de lege. ⁊ aphorismoꝝ p°. ⁊ Auer. p° colliget. ⁊ 6° ⁊ 7° ⁊ p° canticoꝝ. ¶ Et iō Auer. ꝯsiderās ꝙ nō dr̄ ars ꝫm ꝓpriā ꝯsiderationē vel significationē artis addit in p° artes speculatiue. q̄si dicat artes q̄ nō sunt habit⁹ practici itell'c: sꝫ dicant̃ artes ⁊ practice cōparatione alioꝝ habituū speculatiuoꝝ. ⁊ in eodē ca° vocat physicū nālē artificē scie nālis. ⁊ ꝯsiter diceret nālē phiaꝫ artē. ⁊ Haly. ⁊ alij de medicina dicūt ꝙ est ars hoc mō supra. ¶ Ex qb⁹ pꝫ ꝙ diffō Galieni hoc mō intellecta est bona. Nec obstat ꝙ qdā dicūt hic sumi gen⁹ remotuꝫ. Nā illud gen⁹ appropriat̃ ꝑ ſbm ꝓpriū qđ in diffōne sciarū locū hꝫ dare. ¶ Pꝫ 2° medicinā h̄ mō acceptā eē vnaꝫ. Nā scia dr̄ vna q̄ est vni⁹ gn̄is: ⁊ alioꝝ. s. quoꝝ ē: est de eis ꝑ attributionē ad illđ. Et ita est de oib⁹ ꝑtib⁹ medicine: ꝙ ois ꝯside⁹ ꝑ attributionē ad hūanū sanū egrū vl' neutꝝ.

Hic solet dubitari vtrū medicina sit theorica vel practica: vel partim practica: ꝑtim theorica. ¶ Ubi ꝯsidera ꝙ practicū dr̄ a praxi q̄ est opatio in ꝑtāte hois exñs. dr̄ g̃ trib⁹ modis aliqs hit⁹ itellectiu⁹ eē ꝑctic⁹. vno° large: qꝛ est hit⁹ ordinatus in opus sic̄ geometra q̄ hr̄et teatricā: ⁊ ordinaret sciaꝫ geometricā in opus teatrice diceret̃ hr̄e hitū ꝑcticū q eēt geometria. Et h̄ mō ois hit⁹ quātūcūq̄ꝫ speculatiu⁹ ē practic⁹ vel eē pōt. Nā scia diuina pōt ordinari in op⁹: vt pꝫ ꝯsiderāti. ¶ Scđo mō dr̄ aliqs hit⁹ ꝑctic⁹ stricte: qꝛ est hit⁹ ꝑ quē scimus formalr̄ q̄litates opōnis volūtarie: sic̄ habit⁹ ꝑ quē scio ꝙ cuilꝫ febricitāti debēt offerri diete humide. ¶ 3° dr̄ stricte aliqs hit⁹ ꝑctic⁹: qꝛ exñs de q̄litate opōnis volūtarie imediate dirigit in op⁹: ita ꝙ nulla poꝛ cognitio reqrat̃ ad opandū: ⁊ h̄ mō ars stricte accipiēdo artē dr̄ habit⁹ ꝑctic⁹: ⁊ sic nō est scia: qꝛ ois scia est cognitio vel hit⁹ vlis cognitiōis. mō nulla tal' sufficit ad opōnē: qꝛ opōnes sunt singulariū ⁊ circa singularia: imo capiēdo ad sensum Arist. 6° ethi. iplicaret ꝯ̄dictionē aliquā artē esse sciaꝫ. nā ois ars est hit⁹ ꝑctici itell'c: ⁊ rōcinatiui aie ⁊ ꝯsiliatiue. sꝫ null's hit⁹ neccioꝝ est hꝰ. nā de neccijs nō ꝯsiliamur vt ibidē Arist. ⁊ scia est hit⁹ neccioꝝ vt ibidē. ¶ Ex his pꝫ ꝙ sumēdo practicū mō p° tota medicina est ꝑctica: qꝛ tota ordinat̃ in opus. ¶ Seq̇tur 2° ꝙ sumēdo practicū mō 2° a' iq̄ pars medicine est ꝑctica aliq̄ nō. nā aliq̄ est in q̄ formalr̄ cognoscimus q̄litates opationis humane volūtarie: ⁊ aliq̄ est ꝑ quā nō. vt patuit statiꝫ in exēplis. ¶ Seq̇tur 3° ꝙ stricte

si auer. sic accipit quō dicit eaꝫ mechanicam.

D Medicina ois ꝑtiꝫ ꝑctica: ꝑtim theoricā esse dr̄.

sumēdo practicū nulla scia est practica: nec aliq̄ vlis cognitio: vel habitus vlis cognitionis: ⁊ sic nulla pars scie medicine: sed sola illa medicina est practica q̄ est habit⁹ assue

A factibilis circa singularia. ℭ Theoricuꝫ ꝟo dī trib⁹ modis. vno° de cognitiōe veritatis habitu semꝑ veridico circa nec̄ia nō ꝯtingētia alr̄ se hr̄e: quō oīs scia est theorica ⁊ habit⁹ theorici intell'ᵉ: vt sumit̄ 6° ethi. ab Aristo. ⁊ h̄ mō voluit Auicē. 3° pⁱmi. ca. ꝑ. ꝙ medicina diuidit̄ in theoricā ⁊ practicā: quaꝝ vtraqꝫ est scia speculādi. ℭ Scd̄o mō dī theoricū: q: habit⁹ intell'ᵉ semꝑ veridicus non formalr̄ de q̄litate opationis volūtarie siue in istā ordinetur siue nō: ⁊ isto mō vna pars medicine est theorica ⁊ alia nō: vt statiꝫ dcm̄ est de practico. ℭ Tertio mō dī theoricū de tali hitu nō ordinato in op⁹: ⁊ isto° medicina nō est q̄ ad aliquā pt̄ē theorica. Et tu ex his ꝯsidera qd sit dōm ad qōnē. II.

Cientie ergo nomē cōmuniter ⁊ nō proprie audire oportet.

Laurē. ℭ Igitur scientie nomē cōiter ⁊ non proprie intelligere opus est.

Leoni. ℭ Nomē ꝟo scie cōis: nō aūt ꝓp̄e accipe opꝫ.

ℭ Exponit partes: ⁊ ꝑ gen⁹ in diffōne positū. 2° dr̄ias. ibi 2°. (Sanū ergo.) ℭ Dicit ꝑ ꝙ in diffōne dicta nomen scie est intelligēdū cōiter. i. tanq̄ cōe gen⁹ ad plr̄es scias. qm̄ in isto ꝯuenit medicina cū alijs: ⁊ nō tanq̄ approꝑate hoc nomē de vna pticulari scia diceret̄. Quidā aūt dicūt hoc nomen sciaꝫ q̄nqꝫ sumi pro habitu ꝑ demr̄atione acq̄sito nō ordinato in opus. ⁊ iste est modus ꝓprie accipiēdi hoc nomē. q̄nqꝫ vero dici gen⁹ de oī habitu ꝑ demr̄atione acq̄sito: siue ordinet̄ in opus siue nō. ⁊ q: medicina nō est scia: nisi h̄ 2° . iō dixit ꝙ in diffōne nomē scie sumit̄ cōiter. III.

Anuꝫ aūt ⁊ egrū ⁊ neutrū tripliciter vnūqd̄qꝫ dī: hoc qdē vt corpus. hoc aūt vt cā. hoc ꝟo vt signū. Eteniꝫ susceptibile sanitatis est corpus. Et efficiens aut cōseruans eam cā est. Et declarans eam signū: Oia aūt h̄ vocant helenes sana. Secūdū ꝟo eundē modū ⁊ egra ⁊ susceptiua egritudinum corpora: ⁊ efficientes ⁊ conseruantes egritudines: cās ⁊ signa declarātia. Et neutra ƀm eandē rōnē: ⁊ corpora ⁊ signa ⁊ causas.

Laurē. ℭ Sanabile ꝟo egrotabile ac neutrū vnūqd̄qꝫ trifariā dī. Tum corpus ⁊ cā: tum etiā signū: ⁊ enim corpus suscipiens sanitatē: ⁊ cām efficiētem atqꝫ custodiētē eam: ⁊ item signū indicās: hec oīa auctores medicine sana appellant. Simili rōne nomināt egra: suscipiētia egritudinē corpora: atqꝫ etiā cās efficientes ⁊ custodiētes egritudinē: ⁊ idicātia signa. Nec secus neutra pari mō vocant: corpora: cās signaqꝫ.

Leoni. ℭ Salubre aūt: ⁊ insalubre: ⁊ neutrū: vnūqd̄qꝫ triplr̄ dī: hoc qdē vt corp⁹: hoc aūt cā: hoc ꝟo vt signū. Et eniꝫ corp⁹: qd̄ sanitatē nāl̄ suscipere aptum est: ⁊ cām: q̄ eādē efficere: vel ꝯseruare: ⁊ signū: qd̄ pōt idicare. Hec oīa greci salubria appellare ꝯsueuerūt. Eadem rōne ⁊ susceptiua morboꝝ corpa: ⁊ eosdē efficiētes: cōseruātesqꝫ cās: ⁊ signa indicātia: insalubria vocant. Nec alr̄ corpora neutra: causas: signaue dixerūt.

ℭ Explanato genere ꝓcedit ad illa que loco differētie ponunt̄. ⁊ diuidit̄ in tres partes. pⁱmo enim ponit quasdā diuisiones generales terminoꝝ illoꝝ. 2° remouet dubiū circa totam diffinitionē. 3° ponit declarationes terminoꝝ: vel membroꝝ diuisionū illarū generaliū. 2° ibi. (Est autem de toto.) 3° ibi. (Sanū est simpliciter.) Prima in tres ƀm tres generales modos diuisionum quos ponit. ibi 2°. (Et qm̄ efficiens.) ibi 3°. (Neutrū vero.) Prima in duas. pⁱmo facit qd̄ dixi. 2° ostēdit quo ordine medicus ad ista diuisa intendat. ibi 2°. (Et est ƀm pⁱmā ⁊c̄.) ℭ Dicit pⁱmo ꝙ sanuꝫ ⁊ egrū ⁊ neutrū posita in diffinitione vnūquodqꝫ istoꝝ nominū dicit̄ tribus modis. s. de corpore susceptiuo sanitatis egritudinis: vel neutralitatis: ⁊ de causa factiua vel cōseruatiua de signo declaratiuo earū: ⁊ hoc ꝓbat: quia elenes qui multū in significationibus nominū studuerant: omnia ista vocant sana: ⁊ ƀm eandem rōnem dicēdum de egris: ⁊ similiter de neutris. ℭ Notādum ergo ꝙ sanū egrum ⁊ B neutrum dicunt̄ de corpore causa ⁊ signo: nō vniuoce: nec pure equoce. nam lꝫ sub diuersis rōnibus de eis dicat̄ tm̄ habent ordinem ad vnū primū ad qd̄ dicunt̄ ⁊ dī analogice de illis. modo de talibus nō icōuenit esse sciētiā vnā. Sanū enim ⁊ egrū ⁊ neutrū pⁱmo dicunt̄ de corpore susceptiuo. ꝯñter de causa ⁊ de signo: q: illa est sanitatis factiua vel cōseruatiua in corpore: ⁊ illud est eius ostensiuum. ℭ Scd̄o nota. ꝙ lꝫ hec tria ponantur in diffinitione tanq̄ differētie: tamē nō sunt nisi sicut eēt vna differētia ex oīb⁹ tribus cōposita. ℭ Nota 3° ꝙ ⁊ signis ⁊ causis vtit̄ medi C cus: nō tm̄ vt per causas demōstret eē sanitatis ⁊ egritudinis in corpore: sed vt ostēdat quō causis sit vtēdū ad sanitatē faciēdam ⁊ egritudinis cās ostendat quō abijciātur: ita ⁊ signis nō tm̄ vtitur vt per illa ostēdat sanitatē de corpore: sed vt per illa cōprehendat quō sit operādum. Sunt ergo cause ⁊ signa in quibusdaꝫ partibus medicine: sicut subiecta cōclusionū in qbusdā sicut passiones. ⁊ ideo non tm̄ per eas: sed de is dicere debemus eē medicinalē artē. ℭ Nota vltimo ꝙ plusq̄ Cōmentator cōmento. 9. in fine D dicit ꝙ in alijs sciētijs a medicina non accidit ꝙ signa vel cause sint de qbus dicant̄ in ea passiones. ⁊ neqꝫ sunt scie de illis sed per illas: qd̄ dictū iudicio meliori saluo non videtur verū. nam in pħia naturali multe sunt passiones de quibus alie demonstrantur vt iris est passio ⁊ halo. ⁊ de illis demonstrantur esse circulum vel circuli portionem: ⁊ sic non tm̄ per illas: sed de illis est scientia nālis q̄nimo generaliter situari in potissima demōstratione videnť cuius medium est diffinitio ostendens propter quid est. ⁊ quid est non subiecti sed passionis. IIII.

T ƀm primam qdem rōneꝫ scientia causaꝝ sanaꝝ medicinalis est: post illam autem ⁊ aliarum secūdo vero ⁊ egrarum: ⁊ tertio neutraruꝫ. Et post hoc corpoꝝ primum qdem sanorum: deinde egrorum: deinde ⁊ neutrorū. Et de signis ꝟo ƀm eādem rōnem. In actionibus ꝟo prius qdem corpoꝝ cognitio ex signis manifesta est: post hoc ꝟo ⁊ earum causarum inuentio.

ℭ At ꝟo medicina primaria rōne sanaꝝ causarum sciētia est: deinde egraꝝ: ac demū neutraruꝫ. Tum aūt corpoꝝ: in primis sanoꝝ: deinceps egrorum: postremo neutroꝝ. Itidē de signis dōm. In actionibus aūt prior corpoꝝ. s. cognitio ex signis est. Postea ꝟo cārū iuētio. Laurē.

ista est prima cōclo. Jmpossibile ē aliqd̄ mēbrum nostri corpis sanū alteri mēbro sano habenti suaȝ cōplexionē inatā per influentē actuatā ꝯ̄operari positiue: ꝯ̄operantia p quā mēbrū mutet suū modū cōplexionis quo ad virtutē cōplexionis que est qualitas secunda: vel ita ꝙ ipsum trahat a latitudine proprij tēperamēti. cōclō ꝓbat̄: q2 si nō sit vera sequeret̄ ꝙ nō oē tēperatū est aptū manere tale per totā vitā: cōsequens ꝯtra primā suppositionē: ⁊ ꝓbatur cōsequentia: q2 sit sor. tēperat⁹ in extremo tēperamēti versus calidū: ⁊ plato tēperatus quo ad oīa in medio tēperamēti: ⁊ sequit̄ si mēbra nr̄i corpis ꝯ̄riaꝝ ꝯplexionū possint sibi inuicē ꝯ̄operari: ꝙ in platone caro pōt os sibi imediate calefacere. sit ḡ ꝙ p.a. gradū. ℭ Et arguit̄: caro i sor. ē potētior ad calefaciendū ꝙ in platone ⁊ os min⁹ resistens calefactioni: q2 vtrūq̄ est calidi⁹ in sor. ꝙ̄ in platone. ḡ si caro pōt in platone p.a. calefacere os eius: sequit̄ ꝙ stāte sufficienti ꝯ̄alitate poterit caro sor. calefacere os eius plusq̄ p.a. cū ḡ os sit i extremo sui tēperamēti versus calidū sequit̄ ꝙ educet̄ a latitudine proprij tēperamenti plusq̄ p.a. graduȝ: ⁊ sic sor. ab intrinseco exibit tēperamentū. ⁊ p ꝯsequēs non est aptus per totā vitā pmanere talis: ⁊ qd̄ fuit ꝓbanduȝ. Et hāc cōclusionē vr̄ sentire. Gal. libro de malicia cōplexionis diuerse. ℭ Secūda ꝯclusio. possibile est vnū membrū alteri ꝯ̄operari priuatiue. patet. q2 possibile ē mēbꝝ frigidū calido iuxtapositum resistere ne illud calidum calefaciat gradu quo calefacere deducta iuxtapositione alterius. ℭ Tertia cōclusio. Et si possibile sit vnū membꝝ ꝯ̄riuȝ sibi vicinū mēbrū vtroq̄ sano existe alterare. Jmpossibile tamē est vnum taliū mēbroꝝ p se reliquū a ꝓprio temperamento educere. Scḋa ps huius ꝯclusionis pȝ ex pma ꝯclusione. Prima ps vr̄ ad experientiā: nā in somno p̄cipit̄ nos sup sinistro iacere iacere: vt epar stomacū calefaciat: ⁊ inde melior in cibo celebret̄ digestio. ℭ Jmaginat̄ ergo Gentilis: ꝙ lȝ mēbra nostri corporis sana sint sibi inuiceȝ ꝯ̄riatm̄ in tali dispositione

Marginal notes (left margin): Digressio de ꝯ̄operantia mēbrorum. Opio Iacobi et Marsilij. — Opinio Gentilis

existentia habent proprietatē currentē inter ea que ꝓhibet vnū a reliquo alterari alteratione extra proprij tēperamenti latitudinē educente: que ꝓprietas ita fortis est: vt etiam si vnū esset sanū in suo genere calidissimū: reliquū autē quantūcunq; frigidū: aut calidum sibi sanū: nūq; ꝑ eoꝝ coalteratione posset vnū alterū modo dicto alterare: secus aūt cuȝ aliqd eoꝝ esset infirmū. ¶ Et ad argumentū positiōis ꝑcedentis quo sua principalis cōclusio roborat̃: respondet concedendo suppositionē de intensius calido ꝛ remissi⁹. Et ad argumentū dr̃ ꝙ caro nō calefacit os ꝓpter impedimentū: q2 in osse est ꝓprietas resistēdi carni illi ita vt nō sufficiat extra latitudinē tēperamenti os alterare. ¶ Et ad argumentum qñ arguitur si ambo essent in medio tēperamēti precise tanta esset potentia ossis resistiua sicut carnis calefactiua hoc negat̃: immo dicit̃ maiorē esse in vtroq; resistendi potentiā q̃ sit in alio actiua: ꝛ sic pȝ argumēta illa non procedere. ¶ Et si arguit̃ caro sana pōt os sanū intra latitudineȝ temperamēti alterare: ergo ponat̃ ꝙ per. a. gradū. Sed magis poterit q̃ ante idē os calefacere cū fuerit in extremo temperamēti q̃ ante: ergo cū in extremo fuerit sufficiet ēt ꝑ. a. graduȝ alterare. ¶ Dicit̃ negādo minorē: ꝛ rō est: q2 frigiditas ossis resistit: vt ab anima regulata: ꝛ ideo qñ ad h̃ venerit: vt nulla possit acquiri caliditas nisi preter nām illius inductioni magis resistit. ¶ Scdo ēt illa complexio que est q̃litas secunda caliditatis inductioni infra latitudineȝ proprij tēperamēti non resistit: sed sola frigiditas. Sed illa complexio bene resistit inductiōi caliditatis vltra temperamētum: q2 illa nō est sibi cōueniens: ꝛ hec de ista positione nunc breuiter sint dicta. Ex q̄bus pȝ ſm primū modū dicēdi cor posse ꝯoperari epati in tertio. s. cute ꝛ musculis contraoperantia vere mutāte totius complexionē ad ꝯtrariū. ¶ Sed iuxta opinionem Gentilis nō q2 cutis remanet eiusdem modi cōplexionis calide vel frigide: siue cor sit calidum naturalr̃ siue frigidū. ¶ Q2 si dicat̃ calefacto corde cutem apparere calidiorē ad tactū. Dicit ꝙ veꝝ est ꝙ ita apparet: sȝ tñ ꝓ tūc non sola cutis tāgit̃ sed aggregatū ex cute ꝛ sanguine ꝛ spiritu taȝ naturali q̃ vitali: q̃ȝ animali in ea existentibus: ꝛ illud apparet calidius propter vitalē spiritum transmitti calidiorē: non q2 ille spiritus naturalē alteret extra propriū temperamentū aut cutem: sed sicut si in aqua tepida omni alteratione subducta poneretur: ꝛ bene cōmisceretur aqua calidissima totum confuse tactū apparet calidius: ꝛ qñ cū aliq̄ liquore semicroceo plus croci miscemus totū visu apparet magis citrinuȝ: lȝ nulla sit pars in qua ꝑ huiusmodi mixtionem citrinitas intendat̃. ¶ Et ideo dicit Gētilis Galienum intelligere hic de ꝯoperantia quo ad actualem apparentiā in cute: ꝛ ambitu totius representatā. ¶ Ex quib⁹ pȝ aliqñ totius habitudinē apparere temperatā quando omnis ei⁹ simplex pars est notabiliter distemperata sicut epate ꝛ cute ꝛ influxu epatis valde frigidis existentibus sed corde ꝛ influxu eius tanto calidioribus: vt in cute illud totū cōfusum representetur tanq̃ temperamentū: ꝛ hoc modo sine alteratione mutua cordis: ꝛ epatis: vel alteratione tertij sibi inuicem mō quo dicit Galienus ista membra in toto ꝯoperant̃. ¶ Ultimo circa hanc partem nota ꝙ aliqua littera textus inuenitur ita caliditas quidem a corde prorumpens vincere pōt prorumpentē ab epate caliditatē. Et si ita habeat nō itelligitur ꝙ ꝯoperetur caliditas cordis ꝛ caliditas epatis. Sed ꝙ caliditas cordis vincit: q2 magis pōt facere totum appere calidū: ꝛ isto mō preter victorias triū modoꝝ supra nominatas: esset alia victoria augens. ¶ Sed ego puto istū textū ita stantē esse incorrectū. Deinde cū dicit. VII.

Lauré. Siccitatez vero impossibile est ad ꝯtrarium a corde humidiori facto adduci. ¶ Siccitas vero a corde hūidiori in cōtrarium duci nequaq̃ potest.

¶ Siccitatem vero non potest humidius cor ad contrarium habitum transferre. Leoni.

¶ Ondit hic Gal. illā epatis q̄litatē cui q̄ ad ifluxū sup totuȝ cor difficillime ꝯoperat̃. Et dicit ꝙ siccitatē ab epate ꝓrumpētē est ipossibile duci ad ꝯriū a corde facto hūidiori. i. a corde q̄ntumcūq; hūido nālr̃. ¶ Circa quā ptē ꝯsiderāduȝ ē ꝙ hic loqtur Gal. de ꝯoperātia cordis ad epar: ad ꝯriū ducēte: quā dicit eē ipossibilē i toti⁹ habitudine ad hūc sensuȝ. ꝙ si epar ē siccū ita ꝙ merito illi⁹ toti⁹ hitudo corde tēꝑato existēte eēt sicca: ipossibile ē ꝑ cor humidū illo epate ita sicco ꝑmanēte toti⁹ habitudinē in tm̄ humectari vt ducat̃ ad ꝯtrariā denoīationē illi quā hȝ merito siccitatis epatis ita ꝙ vbi hitudo ē sicca respectu tēperamēti fiat ꝑꝑ cordis hūditatē hūida. ¶ Et si q̄rat̃ q̄re ē ꝙ hūiditas cordis nō pōt in toto ꝯopari siccitati epatis ꝯopantia ad ꝯriū ducēte. ¶ Dicit̃ ꝙ epate sicco exnte nō pt cor tpatū i tm̄ hūectari ꝙ merito hūiditatis i toto acq̄rat̃ tāta latitudo hūiditat̄ q̄nti distat extremū latitudis tpamēti toti⁹ v̄sus lapsū ad siccū ab extremo tpamēti v̄sus lapsū ad hūidū. ¶ Cū ḡ merito epatis totū ē citra extremū ꝑmū ꝛ iā lapsū ē in siccū. pȝ ꝙ iā nō poterat ꝑ cordis hūiditatē sup̄ tpamētū in tm̄ hūectari: vt ꝑueniat ad ꝯriū lapsū. cū h̃ nō possȝ facere nisi tātā faceret latitudinē hūiditatis acq̄ri toti quāta est latitudo tēperati: ꝛ hoc nō pōt cor humidū facere vt predicitur.

¶ Et in hac generali cā opȝ cōuenire oēm opinionē exponētium hūc locū q̄ opiniones vt itelligant̃ hic in breui recitabunt̃. ¶ Prima ḡ ē Daly. in ꝯmento istius dicentis cām eē q2 siccitas epatis est defectus i fonte hūiditatis. ꝛ i ꝑn°cius qd ē epar. ꝛ sic principiū hūiditatis ꝛ defect⁹ i fonte nō pōt ꝑ aliud recōpēsari. ¶ Cōtra istā expositionē ꝛ cām arguit̃ cōiter q2 ex hac sequeret̃ ꝙ epar calidū nō posset ꝯoperari cordi frigido cōsequēs ꝯ Galie. superius. vbi dixit ex corde frigido totū corp⁹ fieri frigidū nisi ꝯoperet̃ epar. ꝛ ꝯsequētia pȝ. q2 sicut fons hūiditatis ē epar. ita fons caliditatis ē cor. ḡ si nō pōt ꝑ aliud mēbrū defect⁹ hūiditatis epatis recōpensari sic non poterit cōpensari defect⁹ caliditatis cordis. ¶ Scdo posset argui q2 tūc sequeret̃ cor hūidum nō posse ꝯoperari epati sicco ꝯtraoperātia equante. q2 defect⁹ i fonte recōpēsari nō pōt. ꝯsequēs tñ ē salsuȝ. q2 ex corde hūido totū corp⁹ pōt aliquantū reddi hūidius. vt pȝ ex predictis sit ḡ ꝙ ꝑ. a. Et arguit̃ ꝙ stat minus q̃ ꝑ. a. merito siccitatis epatis totū distare a tēperamēto ꝛ sic stabit ꝑ humiditateȝ cordis ꝙ merito epatis esset siccū fieri tēperatum.

¶ Pro sol'one isti⁹ argumēti ꝛ ꝑcedētis dicit plus q̃ cōmēt. in argumēti ꝑcedētis solutiōe ꝙ alio mō ē epar fons hūiditat̄ q̃ cor fons caliditatis: lȝ. n. cor sit fons caliditatis. tñ eē cor gñat̃ corp⁹. qd i loco extra cor acq̄rit a mēbro alio a corde concurrēte sine cordis actione tm̄ caliditatis gradū vt sufficiat notabilr̃ calefacere corpis habitudinē. ¶ Nā in epate generat̃ sanguis venalis cū ꝑncipatu cordis q acq̄rit multū calorē in tm̄ vt sufficiat toti⁹ habitudinē notabilr̃ calefacere. Et iō ex vigore isti⁹ alteri⁹ mēbri pōt defectus talis fontis recōpensari sicut imaginato sole ꝛ speculo calibeo cōcauo. ꝛ ꝙ sol ꝯtinue min⁹ lumē directū ifluat ad certū pūctū. ¶ Sȝ tñ ꝯtinue illd speculū fiat meli⁹ dispositū ad reflectēdū lumē ad talē pūctū. i tm̄ vt pl's addat̃ lumē ex reflexiōe q̃ remittat̃ ex elōgatiōe solis vel ei⁹ debilitatiōe ad imaginationē. ꝛ tūc illū defectū in fonte luminis possum⁹ recōpensare ꝑ particularis adiuuātia quo ad illud qd accidit in tertio. ¶ Sed in epate est secus quoniā nullū corp⁹ sup totū influitur ad humectādū qd in mēbro alio ab epate recipiat augmentū sue humiditatis ita ꝙ oēm graduȝ humiditatis traxit ex fonte aut ipso exnte sub propria forma. aut q2 illud ex quo generat̃ illum gradū traxit ex fonte. ¶ Ad qd itelligēdū. Cōsidera ꝙ sup totū ifluit̃ spūs vitalis. spūs nālis. sanguis arterialis. sanguis venalis. ꝛ spūs aialis. mō cōstat ꝙ

Opinio Daly.

sanguis venalis ꝛ spūs nālis cum sup totū deferunt nō habent maiorē humiditatē ꝙ̄ traxerūt ab epate. sed poti⁹ minorē. ¶ Sanguis vō arterialis fit ex venali in corde. Et pꝫ ꝙ ibi nō acqrit humiditatē supra illā quā ab epate contraxit. ¶ Et silr spūs vitalis non acquirit maiorē humiditatem in corde ꝙ̄ cōtraxit ab epate. ꝛ silr aialis. ¶ Uel si pur dicat aliqd̄ istoꝝ aliquā hūiditatē ɔtraxisse extra epar illa nō est notabilis aut notabilr toti⁹ habitudinē i hūiditate variās. Et iō defect⁹ tāt⁹ quātus ē in corpe qd̄ ē siccū merito siccitatis epatis nō pōt recōpensari ex hūectatiōe cordis. Ita vtrotum nō fiat solū tēperatū. Sed trāseūdo totā latitudinē fiat humidū. hāc puto esse mentem plusq̄ȝ cōmentatoris.

¶ Cōtra quē mōȝ rō Gētil̄ i tractatu de resistētijs nō ɔcedit ꝛ ē mod⁹ vitāȝ ptē exponēs lȝ forte vltra aliq̄ cāe sint assig̃biles

Opinio marsilij ¶ Marsilius aūt imaginat ꝙ cor quātūcūq̄ nālr humiduȝ est siccū respectu cutis nā cor ē siccū i genere mēbroꝝ. ꝛ iō si totū corpus fiat siccū respectu tēperamēti cutis cor quantūcūq̄ humidū nō poterit toti⁹ habitudinē humectare i sed poti⁹ ipm exiccaret. ꝛ iō nō oȝ vt ipse dicit cām esse qꝛ epar est fons humiditatis. iō ei⁹ defect⁹ recōpensari non pōt. naȝ siue totū esset siccū respectu cutis pp̄ defectum in epate siue pp̄ aliū defectū nūq̄ȝ ex solo cordis influxu fieret humidum respectu cutis. qꝛ cor quantūcūq̄ humidū. respectu tñ cutis tēperate exiccando ageret de se ꝛ nō humectādo. ¶ Cōtra istā positionē cōiter instat tria icōueniētia iferēdo. Primuȝ ꝙ epar calidū nō possȝ in toto ɔtraopari cordi frido. ¶ Secundum ꝙ cor friduȝ non possȝ ɔtraopari epati calido que ambo sunt cōtra Galienū in textu. ꝛ pꝫ istoꝝ cōsequentia qꝛ sicut cor quātūcūq̄ humidū est siccū respectu cutis. ita tam cor ꝙ̄ epar quātūcūq̄ frigidū ē tñ calidu respectu cutis. ꝛ iō nō poterunt cutē ifridare citra tēpamētū. ¶ Tertiū incōueniens seqt ꝙ cor humidū nō possȝ ɔtraopari epati tēperato totū ad lapsuȝ humidū trahēdo cū adhuc cor ē illa cute siccius. ꝛ ɔsequēs tñ ē cōtra Gal. supra. cū dixit ꝙ ex corde hūido totū corp⁹ ē hūidum nisi ɔtraoperet epar.

¶ Ego lȝ existimē positionē nō eē verā. soluo tñ argumenta supponēdo ꝙ cutis ꝛ toti⁹ habitudo deducto īfluxu epatis e cordis eēt sicca ꝛ frida pꝫ qꝛ eēt sicut mortuū ꝛ tale respectu sui viuētis ē fridū ꝛ siccū. secūdo ɔplonuȝ. caplo tertio. ¶ Ex h̄ pꝫ ꝙ si cutis oȝ eē tēpata vel humida idiget agēte p se humectāte. nā ab intrinseco exiccaret. ¶ Seqt scd̄o ꝙ ad hoc vt sit frida respectu tēpati nō indiget īfluxu p se ifrigidante. nā per solū defectum calefacientis cause contingit ab intrinseco īfrigidari. Ex quo pꝫ sufficiēter dici ꝙ qꝛ cor ē sicciuȝ respectu cutis. iō merito sue hūiditatis cutis non humectat. qꝛ siccū respectu humidi nō p se humectat. ¶ Sed nō seqtur. hoc est calidū respectu cutis. ergo non infrigidat sed sequitur ꝙ non per se infrigidat: mō stat tale infrigidare per accidens pro quanto nō tñ calefacit quantuȝ naturaliter deberet. ꝛ ita cor infrigidat cutem quāuis sit calidius. ꝛ dicendum est ita de epate. ꝛ scd̄m hoc duo pma soluta sunt. Tertiū est difficili⁹ ꝛ possum⁹ dicere ꝙ cor pōt hūectare priuatiue qꝛ nō tñ exiccare quātū exiccat tēperatū. ꝛ iō corde existēte hūido epate vō tēpato cōtingit cutē fieri humidam merito influxus tēperati epatis qꝛ nō tñ exiccat a corde ꝙ̄tum si ipm cor eēt tēperatū. ¶ Sȝ cōstat ꝙ si epar. ita fiat siccū ꝙ merito sui īflux⁹ totū fieret siccū. tunc hūiditas cordis nō p p̄uatione exiccatiōis faceret totū eē humidū qꝛ nō ē ibi positiue humectās. Et sic pꝫ ꝙ hec responsio aliqualr cadit in secūda volēs eam euitare. lȝ tñ adhuc ex alijs puto

Alij. positionē insufficiētē q̄ ꝓ breuitate dimitto. ¶ Alij imaginant Gal. loq de hūiditate substātifica q̄ ē in toto p restaurationē nutrimēti. ꝛ de siccitate illi opposita ad quaȝ modicaȝ facit cordis īfluxus. ꝛ hec positio stare nō pōt. qꝛ Galie. vult supra ex corde humido totum reddi humidū. operat ḡ cor ad hāc humectationē de q̄ hic loqt. ¶ Itē h̄ pō imaginat sanguinē arterialem nō nutrire qd̄ est falsum.

Gētilis. ¶ Gentilis aūt in tractatu de resistētijs imaginat ꝙ gal. loqtur hic de ɔtraoperātia cordis ad epar in toti⁹ hitudie ꝛ h̄ vident oēs sentire. ¶ Imaginat scd̄o ꝙ ista ɔtraoperantia nō ē p alterationē faciēdā in cute vel in fluxibus cordis vel epatis ad inuicem in cute. n. existe c. gradus ꝛ veniente epatis calidioris in fluxu ꝛ cordis calidioris cutis nō calefit vltra suū gradū modo supra dicto in sua positiōe contraoperātia mēbroꝝ iter se ꝛ etiā spūs vitalis nō alterat sanguinem venalem aut arterialē extra suū tēpamētū nec ecōtra. ¶ Sed ista inuicem ɔmixta iuxta cutē representat tactui aliquādo vt tēperata. ꝛ mutata cōplexiōe vni⁹ illoꝝ. aut mutata proportiōe i q̄ntitate vni⁹ illoꝝ ɔplone stāte rep̄sētabunt tactui vt calida directe ac si p possibile imaginemur cū aqua tepida misceri aquā feruentē illis nō se alterantib⁹: totū tñ apparet calidius. ¶ Corde ḡ existente calido spūs ad cutem trāsmittit calidior ꝛ sanguis arterialis calidior. Et iō cutis alijs parib⁹ rep̄sentat calidior. Nō qꝛ in cute ponat grad⁹ caliditatis intensior q̄ȝ ante eēt. quo ḡ ad hanc tactualē apperentiā possunt sibi i toto ɔoperari cor ꝛ epar. ¶ Imaginat tertio ꝙ ex toto cordis influxu quo ad tactualē apparētiaȝ nō acqrit notabilis gradus hūiditatis quātūcūq̄ cor fieret humidi⁹ tēperato. qꝛ suus īfluxus nō ē multū corpulēt⁹ i sȝ magis aereus. ꝛ ita modicū ē illud qd̄ pōt addi de hūiditate quo ad hāc apparētiā. ꝙ maior ē tota latitudo temperamēti. sed in caliditate epar p sanguinē venaleȝ transmissum ad totū facit notabileȝ varietateȝ in ista appentia tactuali. ꝛ hinc ē ꝙ corde frigido existe epar pōt tātū esse calidius ꝙ totū apparebit calidū. sed epate sicco existe ita vt inde totū debeat siccū apparere nūq̄ȝ merito cordis totuȝ apparebit humidū. Et pōt reduci facile ad plusq̄ȝ Cōmē. sniaȝ. ¶ Ultimo possum⁹ dicere ꝙ ad hoc vt cor p eius humiditatē nō possit addere in toti⁹ habitudine tātā latitudineȝ hūiditatis quāta est tēperamēti latitudo plura ɔcurrūt. Primū ꝙ cor modicū pōt labi p hūiditatē. ita ꝙ quātūcūq̄ labat remanet tñ siccū respectu cutis. Scd̄m ꝙ h̄ cor est multo siccius respcū sāguis ab epate ad ipȝ trāsmissi. ꝛ iō illū trāsmissuȝ necessario exiccat. Tertio qꝛ suus īflux⁹ nō ē notabilr humectatiu⁹ pp̄ caliditatis itensiōe resoluentis. Quarto qꝛ defectu existe in epate ita ꝙ sit siccū sanguis ad cor transmissus sui aptitudine multū a calore cordis quātūcūq̄ humidi exiccabit. ꝛ sic nō fiet tātū iuuamētū ad humectādū ex corde humido epate existe sicco sicut si esset epar tēperatū. ¶ Et ex his oibus sil sumptis siue loquamur de siccitate ꝛ humiditate rep̄sentata quo ad tactualē appentiā in cute vt Gentil̄ siue de vera humiditate cutis qualitatiua aut substantifica pꝫ cā q̄siti p aggregationem oīuȝ istoꝝ directe sicut si dicat q̄re siccitati epatis p quā totū reddit siccū. nō pōt humiditas digiti ɔopari ita vt totuȝ dicat humidū. Respondet ꝙ digitus p iuā humectationeȝ nō possȝ totū tanto gradu humectare aut tāta latitudie quāta est latitudo tēpamēti. Cū ḡ illa tota ē depdita merito lapsus in vno mēbro nō poterit p istius humectationem tota acqri ꝛ toti⁹ hitudo ad ɔuium pura ad humidum adduci. Et sic vr̄ mihi facillima solutio. Seqtur illa particula videlicet. VIII.

MEdia vero est que ab epate humiditas corpꝫ que dicta sunt: ꝛ magis siquidē ab ea que in corde est vincitur siccitate ꝙ̄ siccitas ab humiditate.

Laurē ¶ Media vero est de iecore procedens humiditas magis enim a cordis vincitur siccitate quam siccitas ab humiditate.

Leoni. ¶ Media vero inter has que dicte sūt ea que ab epate humiditas oritur. Magis. n. a cordis siccitate superatur: ꝙ̄ siccitas ab humiditate.

Lauré. M Inus vo calitate: ampli⁹ aũt min⁹ frigiditate. facile eni vicibilis ẽ hec caruz que ab epate ꝓrumpunt qualitatum. ¶ Minus vero q̃ȝ caliditas: item minus q̃ȝ frigiditas. Hec enim ex qualitatibus a iecore procedentibus maxime vincitur.

Leoni. ¶ Minus autem caliditate: adhuc vero multominus frigiditate. Hec .n. inter oẽs qualitates que ab epate eueniũt facillime vincitur.

¶ Oñdit h̃ q̃ ẽ q̃litas epatis cui me⁹ mõ ꝯopat̃ sibi opposita q̃litas cordis. ⁊ diuidit̃ i duas. p̃ h̃ scd̃o isert vnũ correlarium ibi (Manifestũ.) ¶ Et p̃ ponit istã ꝯnem hũiditas epatis ẽ media i facili⁹ ad vinci p q̃litatẽ cordis. ꝓbat̃. ista hũiditas facili⁹ vincit̃ q̃ȝ epatis siccitas. q: siccitas epatꝭ nõ põt a corde hũido duci ad ꝯriũ. Sȝ hñ ista hũiditas vt dcm̃ ẽ. Itẽq̃ȝ ista hũiditas difficili⁹ ⁊ min⁹ vicit̃ q̃ȝ epatꝭ calitas. q: facili⁹ põt cor p suã friditatẽ vicere epar calꝫ q̃ȝ p suã siccitatẽ vincere epar hũidũ. Itẽq̃ȝ min⁹ facilr̃ vicit̃ q̃ȝ epatꝭ friditas. q: ista facillie iter q̃litates epatis vicit̃. ¶ Ex qb⁹ appet ꝯ. Si .n. facili⁹ vicit̃ siccitate ⁊ difficili⁹ calitate vl̃ friditate seq̃t̃ q̃ ipa ẽ media q̃ ad h̃ q̃ ẽ facile vici iter q̃litates epatis. ¶ Cã aũt q̃re hũiditas vicit̃ facili⁹ siccitate cordis q̃ȝ siccitas hũi⁹ est q: cor p ei⁹ siccitatẽ facili⁹ põt totũ exiccare q̃ȝ hũectar̃. ¶ Prio q: vt dixi cutis ⁊ toti⁹ hitudo p ꝯplonẽ inatã tñ est frida ⁊ sicca. ¶ Scd̃o q: siccitas adiuuat calitatẽ cordis ad agẽdũ ⁊ exiccãdũ. ¶ Tertio q: eaꝺ cordis calitas sãguinẽ faciet pauciorẽ ipm dissoluẽdo. ¶ Quarto q: cor p se ẽ cutꝭ exicca^{ti⁹} ⁊ nõ p se hũectatiuũ cũ cor sit cute sicci⁹ ⁊c̃. X.

M Anifestũ ẽ g̃ qñ si in idipm cõcurrant pricipiorꝫ vtrorũq̃ȝ crases: totũ corpus pfecte circa eas disponet̃. Dicẽt̃ g̃ paulo posteri⁹ totius corpis cognitiones.

Lauré. ¶ Quo circa pspicuum est: vt si tẽperamenta anborum membrorꝫ pncipaliũ in idem concurrãt vniuersum corpus pro illaruȝ natura afficiatur: ac paulopost illarum indicia exponemus.

Leoni. ¶ Liquet aũt q̃ cum in vnũ cõuenerint vtriusq̃ȝ pncipiꝭ tpature: totum ergo sitẽ ẽm illas afficitur corpus: paulo vo inferius ipsi⁹ dicent̃ indicia.

¶ Infert correlariũ. dicẽs q̃ ex dictꝭ mãifestũ ẽ q̃ qñ vtriusq̃ȝ mẽbrorꝫ pncipaliũ dcõrũ .s. cordis ⁊ epatꝭ dispõet̃ scd̃ȝ idẽ. tũc totũ corp⁹ .i. toti⁹ hitudo pfecte disponet̃ .i. itẽse dispõet̃ circa eas crases .i. ẽȝ situ^{ne} dictarꝫ ꝯplonũ. q: vtrũq̃ȝ corꝫ ẽ potẽs ad ita disponẽdũ p se nisi ab alio ipediat̃. cũ g̃ iũuãt se seq̃t̃ q̃ m̃lto magis totũ iux̃ istorꝫ mẽbrorꝫ ꝯplonũ exigentiã disponet̃. ¶ Dicit vltio q̃ paulo post dicent̃ cognitiões .i. signa ꝯplonũ toti⁹ .i. habitudinis totius ⁊c̃. XI.

H Umidũ quidẽ simul ⁊ calidũ epar minus quidem calido ⁊ sicco ea que circa hypocũdria sunt operat̃ piloso. Plurimuȝ vo sanguinẽ ⁊ venas magnas ⁊ corporis habitudinem humidam ⁊ calidam si non ea que circa cor sunt contraoperentur. Si vo amplius vtrisq̃ȝ q̃litatibus auertat̃ ab eo qd̃ est ẽm naturã: prõpte ꝯsumunt̃ a cacochimis ⁊ putrefaciẽtibus egritudinib⁹: adhuc vo magis si plurimũ augeat̃ humidũ: paululũ vo calidũ. Si vo ecõtrario parũ q̃dem humiduȝ plurimũ vero calidũ: minime cacochimi fiunt.

Lauré. ¶ Calidioris simul ⁊ humidioris iecoris indicia sunt q̃ȝ calidi ⁊ sicci ilia min⁹ pilosa: sanguis vo plurim⁹: amplitudo venarꝫ maxima. Toti⁹ tpaniẽtum calidũ ⁊ humidũ: nisi cor cõtra opet̃. Si vo plurimũ his q̃litatib⁹ auget̃ ab ea: q̃ ẽm naturã mediocritate putridis prõpte corripiũt̃ egritudinib⁹: qñ malis humoribus repleti sunt: ⁊ adhuc magis si plim auget̃ humiduȝ supra caliduȝ. Si vo eꝯ: paulo .s. humidi⁹ multo calius moderato minus replẽtur malis humoribus.

Leoni. ¶ Humidius autẽ: ac simul calius epar: minus quidẽ q̃ȝ calidi⁹ ⁊ sicci⁹ ilia reddit hispida. Plurimũ vo sanguinis ⁊ venas amplas: habitũq̃ȝ calidiorẽ: atq̃ȝ humidiorem facit: nisi obstiterit cor. Si vo ampli⁹ in an ibabus q̃litatibus a nãe mõ recedat: a morbis qui ex putredine ac vitiosis humorib⁹ fiunt: facillime capit̃. Adhuc autẽ magis plim augeatur humiditas: caliditas vo nõ ita. Si aũt ꝯtra: parũ quidẽ hũiditas crescat: plim vo calitas: minime vitiosis hũorib⁹ laborãt.

¶ Ponit signa epatis calidi ⁊ humidi. Et diuiditur in duas. Primo facit hoc generaliter. Secũdo ostẽdit signa qñ multus ẽ lapsus caliditatis ⁊ humiditatis. scd̃a ibi. (Si vo) In parte pma ponit q̃tuor signa calidi ⁊ humidi epatis. pmũ ẽ q̃ ypocõdria sũt pilosa: sȝ min⁹ q̃ȝ in calido ⁊ sicco cũ calor eius nõ sit ita adustiu⁹. ¶ Scd̃m signũ ẽ q̃ h̃ epar facit plimũ sanguinẽ q̃ ex calore corpis ꝯprehẽdit̃ ⁊ hui⁹ cã ẽ similitudo cõplonis ei⁹ cũ ꝯplone sanguis. ¶ Tertiũ signũ ẽ q̃ vene sũt late. pmo q: ẽ calor fortis ad dilatãdum. scd̃o q: mã ẽ dilatationi obediẽs ꝑꝑ hũiditatẽ. ¶ Quartũ signũ ẽ q̃ ipꝫ opat̃ ⁊ facit hitudine totius calidã ⁊ hũidã nisi ꝯtraoperet̃ cor. ¶ Et huius causa pȝ ex supradictis.

¶ Si vo amplius. Facit qd̃ dictũ est ⁊ dicit tria. ¶ Primũ est q̃ si fiat multus lapsus ẽm vtramq̃ȝ qualitateȝ idest ẽm humiditatem ⁊ caliditatem prompte .i. faciliter consumuntur a cacbochimis .i. ab humoribus malis ⁊ dicitur a cacbos grece qd̃ ẽ malũ latine. ⁊ chim⁹. ⁊ cũ h̃ isti ꝯsumũt̃ ꝓmpte .i. ledunt̃ ex egritudinib⁹ putrefaciẽtib⁹ .i. pẽdẽtib⁹ ab hũore putrido. ⁊ cã pmi ẽ q: multã mãȝ sui calore attrahunt ⁊ superfluitates nõ dissoluunt: nec bñ digerũt calitate nõ potente obtinere supra humidum ꝑpter humidi multitudinem que est vna causa pncipalis indigestionis; vt pȝ 4⁰ methaurorꝫ. ¶ Et cã scd̃i est: q: humores non bñ digesti non regulant̃ bñ a nãt ⁊ isti non bñ regulati ꝑꝑ hũiditatem sunt ad putrefactionẽ parati: ⁊ ꝑꝑ caliditatẽ putrescunt. ¶ Secundum pncipale qd̃ dicit in ista pte est. q̃ si crescat hũiditas a tẽperamento plusq̃ȝ caliditas. tunc multo magis fiũt cacbochimi ⁊ incidũt putridas egritudines: ⁊ cã est manifesta: cũ in istis calor multo min⁹ possit super suũ humidum regulañ. q: calor est paucior: ⁊ multo magis super fluitates abundãt. ¶ Tertiũ pncipale dcm̃ hic q̃ si eꝯ calidum multum abundet sed humidũ parũ crescat a tẽpato fiunt minime cacochimi inter hñtes ꝯplonem calidã ⁊ humidã. ista eniȝ cõplo calida ⁊ hũida generalr̃ facit corpora apta i putridas egritudines cadere: sed iter calidas ⁊ hũidas minime facit cacbochimã ista nunc dicta: q: calidũ est potens humidum regulare ⁊ superfluitates dissoluere. ¶ Utrum autẽ isti minus cadãt in putridas nõ dicit: sed putãdum est q̃ sic ꝑpter calorẽ esse potentiorẽ ad suũ humidũ regulandũ cum

qua regulatione non fiat putredo. XII.

Umidius vero et frigidius epar sine pilis qdē hȝ hypocūdriū: sanguinē vero magis operaṫ flegmaticū cū venaruȝ gracilitate: et vniuersum corpus silr se hñs: nisi ea que a corde sunt ad ꝯtraria illud traducant. Frigidum vero et siccuȝ epar pauci sanguinis et graciliū venarū efficit corp⁹: et frigidi⁹ et hypocūdriū nudū pilis: nisi et hic vincat cor.

Laurē. ¶ Humidius rursus ac fridius iecur ilia hȝ nuda pilis ac sanguinē efficit pituitosiorē cū angustia venaꝝ: atqȝ ēt vniuersuȝ corpus silr affectū: nisi in cōtrariū ab ipso corde ducaṫ. Frigidius vero ac siccius iecur sanguinē efficit parciorem venulasqȝ angustas: ac corpus frigidius. Item ilia nuda: nisi cor ipsum vincat.

Leoni. ¶ Humidius aūt et fridius epar hȝ ilia glabra: sanguinē vero ad pituite nām accedentem gñat: cuȝ venaꝝ angustia: sic et reliquū afficit corpus: nisi a corde ad ꝯtriā nām transferaṫ. Frigidius autem et siccius epar cū pauco sanguine: et venaruȝ angustia efficit corpus: atqȝ frigidius: et ilia glabra: nisi et hic cor dominetur.

¶ Ponit signa epatis fridi et hūidi et sunt q̃tuor. ¶ Primuȝ q hypocūdriū est sine pilis. ei⁹ cā est: qr calor est modic⁹: et ēt submersus in hūido. et iō nō pōt adurere mām p gnōne piloꝝ. ¶ Scōm signū est q sanguis est magis flatic⁹: et h̄ si itelligam⁹ de massa hūorali. iō est qr epar multū flā gñat pp silitudinē cū illo in cōplōne. Si vero itelligam⁹ de sanguine p 4ª suba. tūc dr flatic⁹ ƀȝ silitudinē: qr fridus et hūidus: et hoc est ita pp q̄litatem epatis. ¶ Tertiū signū est gracilitas venaꝝ pp caloris extēdētis impotētiā: ſȝ minor est gracilitas q̄ȝ in frigido sicco ꝑpter humiditatē. ¶ Quartū signū q vniuersuȝ corpus est frigidū et hūidū nisi cōtraoperet cor et hoc est clarū per supradicta.

¶ Frigidū vero. Oñdit signa epatis fridi et sicci. Et sūt quatuor. p̄ q h̄ epar facit paucū sanguinē siue sumaṫ sanguis p q̄rta suba siue sumaṫ p aggregato humoꝝ. h̄ eni epar modicū trahit et modicū humorē gñat. ¶ Scōm signuȝ est q facit corp⁹ venaꝝ graciliū: et h̄ maxime pp ꝯiūgi in eo caloris debilitatē et mãe paucitatē. ¶ Tertiū signū est q totuȝ corpus est fridi⁹ nisi ꝯopeṫ cor. de sicco aūt nihil dixit dās ex p̄dictis itelligere q totū corpus est nec̄io siccū siue cor ꝯopeṫ siue non. ¶ Quartū signū est q hypocundriū est sine pilis et hoc pp caloris debilitatē. seq̄tur tex. I.

Esticuloꝝ vero crasis calida quidē maxime venerea est: et masculorū generatrix: et citius pubescunt eis partes genitales.

Laurē. ¶ Calidū testiū tpamētū veneris appetitissimū est: mareȝ gignit ac fecunduȝ est. Pili in partibus genitalibus cito nascūtur et attingunt membra que circiter sunt.

Leoni. ¶ Tēperatura vero testiculoꝝ calda: qdē ad venerem pcliuis est: et masculoꝝ generatrix: et fecunda: celerimeqȝ genitales partes obsepit pilis: simul aūt et circūiacentes attingit partes.

¶ Positis signis cōplōnū mēbroꝝ principaliū que ꝑducūt istm p se nec̄io effectiue ꝯcurrēs. ad ꝯseruationē idiuidui. Hic ponunṫ signa cōplexiōis mēbri p̄ncipalis nec̄ij ad spēi ꝯseruationē et sṫ testiculi. Et diuidiṫ in duas. p̄ ponit signa cōplōnū simpliciū. 2° cōpositaꝝ. ibi 2°. (Cal'a vero et sicca.) p̄° in q̃tuor ptes. ibi 2°. (Frigida vo.) ibi 3°. (Hūida vo.) ibi 4° (Sicca vo) ¶ In p̄° ponit tria signa. ¶ Primū est q cōplo cal'a testiculoꝝ est magis venerea. i. facit hoīes magis appetētes venerea. ¶ Scōȝ signū est q illa cōplo est gñatrix masculoꝝ. ¶ Tertiū signū est q hoib⁹ hui⁹ cōplōnis cit⁹ pubescunt partes genitales. vȝ. pecten et bursa testiculoꝝ. ¶ Circa quartā partē notandū. p̄mo q apud Ari. 3° de hystorijs aialiū: et p̄mo de gnōne aialiū. testiculi nō ponuntur mēbrū in aliquo aiali necessariū ad gnōnē: sed vult q vasa seminaria que circa testiculos voluunṫ sunt illa que gñant spma virtute sibi a corde cōicata: et rō eius est: qr si testiculi essent necessarij ad gnōnē spermatis. tunc fuissent inuēti in omni aiali gñante sibi silē: qd̄ nō est verū vt apparet de piscibus et serpētib⁹ que nō hñt testiculos: sed bñ hñt vasa seminaria. vñ in eisdē locis dicit q tauro cuidā fuere abscisi testiculi q postea coiuit et vaccaȝ impleuit. dixit tñ eos esse vtiles: qr ꝓhibent ista vasa a constrictione et clausura sicut pōdera in liciatorio tenēt stamina apta vt p ea possit textoris naulcula decurrere. hinc accidit q in oib⁹ aialibus sibi silē p coitū gñantibus vasa seminaria inueniunṫ: qr in illis cōsistit generatiua virtus. ¶ Medici aūt dicunt testiculos esse membrū p̄ncipale et esse nec̄ios ad gñationē: qr necesse est si dȝ fieri vniuoca generatio aialis testiculos naturaliter hñtis concurrere ad generationē virtutemqȝ a testiculis genitaȝ et in semine derelictā: cuius signū dicunt esse: qr multi sunt testiculi renibus adherētes qui non hñt suo pondere. huiōi vasa apta tenere cuȝ non pēdeant a vasibus: sed sunt alligati ossibus alcatim siue dorsi. ¶ Secundum signū dicūt esse q in aialibus semel tñ in anno coeuntibus tpe coitus vñr testiculi pleni spermate et grossiores valde in tm̄ q quibusdā taliū alio tpe nō apparent inesse: q tm̄ coitus tempore inueniunṫ grossi. ¶ Item 3° q testiculi post coitū manifeste detumescūt. ¶ Dicunt ergo medici q testiculi sṫ carnes glandose per propriū temperamentum spermatis et gignitiui spūs ꝑductiue: lȝ ergo pisciū et serpentū quedā genera nō habeant testiculos ꝑpter eoꝝ imperfectionē nō indigentes tanta spermatis digōne: tamen in aialibus perfectis testiculi ad generationē ad sensum expositū sunt necessarij et sunt mēbrū principale: qr ꝑductiui per ꝓpriū temperamentū instrumenti per se necessario et effectiue concurrētis ad fetus generationē et speciei ꝯseruationem. ¶ Preter hoc aūt testiculi cordis calorē super totuȝ reflectunt. ita vt inde robur masculinitatis et pilositatis in facie ferueṫ. et iō testiculi dicti sunt p diminutionē a testibus: qr a natura sexus testes positi sunt. huic ēt accidit: q eunucis cadunt pili barbe et robur deficit. ¶ Secundo principalr notandū. A

q ad testiculos duplicia terminanṫ vasa que a medicis vasa spermatica siue seminaria dñr. p̄ma veniūt ad testiculos deferēdo eis mām spermatis: et sunt duo. vnū q terminatur ad dextrū. alteꝝ qd̄ ad sinistrū testiculū terminaṫ et ista cū h̄ q ad testiculos hāc mām deferūt ēt ꝑparāt vt facilius in sperma ꝯuertaṫ. ¶ Primū hoꝝ oriṫ ex vna kilis et altera adorti descēdentibus in directo renis dextri. secundum oritur a vena emulgente sinistra: et hinc est q calidius sperma generaṫ in dextro q̄ȝ in sinistro testiculo ꝑpter spermatis multitudinē per arteriā sibi cōicatam. hinc etiam accidit q sperma a testiculo dextro veniens est magis masculoꝝ generatiuū. hinc 3° accidit qd̄ illis quibus dexter testiculus euelliṫ plurimuȝ steriles remanent: nō sic aūt illi quibus euulsio sinistro remanet dexter. ista ergo dñr vasa seruientia testiculis seruitute ꝑparatoria: et cū ad testiculos veniūt ꝯtenduṫ ab vno extremo testiculi ad aliud et iteruȝ refle- B

cunt ad pmū extremū ibiqꝫ terminant. ꝛ ꝑ poros in subaꝫ
testiculi spma fundunt. ℭ Alia ēt vasa a testiculis oziunt ꝛ
cū collo vesice iuxta anū transeuntia tandem ad calamum
veniunt ibiqꝫ per foramina sperma fundunt in calamum: ꝛ
C ferulont seruitute delatoria testiculis.

Opio p' Digres/io de spmatis generatōe. ℭ Tertio nōndū. ꝙ de mā ꝓpria gnōnis spmatis plures pħi
varie locuti esse vn̄r. Quidā.n. dicūt ꝙ hec est supfluitas in
q̄rto digōnis q̄rterīs ꝙ a cābis qō est vltimū alimētū aut
glutine si nō ponaſ aiatū supfluit q̄dā ps vtilis igrossata ꝛ
mēbris q̄si assilata: q̄ ps a v̄tute testiculoꝝ attrahiſ ad ve/
nas. ꝑ ꝑ porositates: de inde de puis venis venit ad magnas
ꝛ tandē ad venā kilis. ꝛ tūc ꝑ vasa seminaria ad testiculos
deferſ: ꝛ ꝫ̄ istos ista spmatica mā ꝑ ꝑparaſ in habitudine
toti⁹: ꝛ ab illa decidit ꝑ cū ad testiculos attrahiſ: ꝛ ad hūc
itellm̄ dixerūt q̄dā ꝙ spma decidiſ a toto ꝛ ꝓpe hāc sniaꝫ
vr̄ sensisse Aui. 20°. 3ⁱ. ca° 3° de cāis spmatis cū dicit in pn°.
Spma est supfluitas q̄rte digōnis: q̄ fit cū dispḡiſ cib⁹ in mē
bris resudādo a venis 3° digōne iā cōpleta ꝛ est de summa
hūiditatis prime coagulatōis ꝛ ex q̄ nutriunſ mē° dura vt
Opio 2° pore vene ꝛ arterie ꝛ filia illis. ℭ Et ego existimo Aui. nō
velle mā3 illā pa⁹ fuisse ex̄ venas digestā 4° digōne: ſ3 ꝙ in
venis sanguine digesto: ita vt in pmā hūiditatē sit aptus cō
uerti cū abūdat hec mā ꝛ nō tota trahiſ ad ex̄ venas. tunc
mēbra circūdātia agūt istā dealbādo ꝛ dādo aliq̄3 digōnē
ꝑparātē facili⁹ ad ħ vt in mē solida ꝯuertaſ ꝛ hec mā est il
la q̄ ꝓpe est in spma trāsmutabilis. ℭ Et ꝙ ħ sit mēs Aui.
vr̄ ex his q̄ paulo post dic̄. ſ. ꝛ q̄nqꝫ repiſ plurimū de ea re
tētū in venis: ad qō iā3 ꝑcessit digō 4ᵃ: ſupple nō cōpleta: ꝛ
remāsit vt nutrianſ ipse vene: aut pueniſ ad mē° homoge/
nea ꝛ nutrianſ eo ꝑter ꝙ nec̄ia sit magis alteratio illi⁹. vr̄
ergo inuere ꝙ nōdū ad illa mē° ꝑuenit: imo in venis hāc q̄r
tā digōnē recepit. ℭ Et q̄si ħ vr̄ velle Gal. ꝑ ꝓnosti. cōmē.
vlti. cū dicit. Et ostēdimus in li° nr̄o de spmate ꝙ sanguis vr̄
multotiēs in venis ex q̄b⁹ nutriſ hō ancedere ꝛ suscipe quā
da3 imutationē ad gnōnē spmatis. ℭ Et tūc dicūt diffōne3
de spmate positā ab Ari. ꝑ de gnōne aialiū. ſ. spma est sup/
fluitas vtilis vltimi alimēti distributi ꝑ ptes hn̄s totū in pō
intelligit de illa mā. hoc mō ꝑ q̄rtā digōnē trāsmutata: nec
est intelligēdū ab eis. ſ. Aui. ꝛ Gal. ꝙ velint nec̄iū esse a q̄li
bet pte gn̄antis decidi spma ex quo sibi ꝓportionata ꝛ cor
rn̄dēs ps in fetu gn̄ari debeat. ħ eni3 est fim ꝛ iprobatū ab
Arist. p° de gnōne aialiū. tūc eni semp colobus siue de
fectiuus gn̄aret colobum: qō manifeste est falsum.

Opio 3° ℭ Alij v̄o volūt ꝙ vltimū alimētū cōe toti corpi est sanguis
sub ꝓpa forma sanguis manēs ꝛ hūc eūdē in venis exn̄tē
alteratū tn̄ aliq̄lr a ꝓpria n̄ā esse mām spmatis nō ꝙ prius
sit nec̄iu3 tertiā digōnē cōpleri: ꝛ vlteri⁹ a mēbris alterari:
ſ3 ꝙ dū sanguis est in venis recipit q̄sdā trāsmutatiōes pre
parātes leui ꝑparatiōe ad mēbro ꝑ nām. ꝛ ħ sanguis est q̄
trahiſ ad testiculos ꝛ in spma hora coitus vel equalenti cō
uertiſ: cuius rei plūia signa putāt adducere q̄ si colligas i/
C uenies ꝫ ꝑcedētē pōnē nullā efficaciā hr̄e itelligēdo: vt di/
xi. G. ꝛ A. itelligere: ꝛ est q̄si via media iter antiq̄s ꝛ Ari.
ℭ 4° nōn̄ hāc mām spmaticā trāsmutari a corde maxime
D cū in spma ꝯuertiſ. ℭ Primo ħ p3 signo: q2 filtrado in fetu
maxime iueniſ scōm cor. ℭ 2° p3 rōne: q2 cor est tāq̄3 gn̄ale
agēs in oī nāli opōne alioꝝ mēbroꝝ: mō cā pmaria magis
isluit sup cātū: verū tn̄ illud mēbrū: qō imediate prebet for/
mā spmati ꝛ v̄tutē gignitiuā est testiculus: q ħ agit sic cor/
dis vicarius: ꝛ ħ est ꝙ dr̄ cōiter spma ꝑncipalr iter mēbra
nr̄i corporis decidi a corde: ſ3 imediate decidi a testiculis.
E ℭ 5° nō in spmate duplicē iueniri ptē. vnā spūosa3. aliā cor
pulentā. ps spūosa est illa q̄ dr̄ spūs gignitiuus: ꝛ cū eo sunt
spūs nālis ꝛ vitalis ꝛ aialis sub ꝓpa forma manētes: qō ḡ
dcm̄ est supra itelligaſ de pte corpulēta: sed ꝙ q̄ ad spūosa3
ptē debeat ex nāli ꝛ vitali ꝛ aiali cōpōni vr̄ ꝙ iste gignitiu⁹
spūs est ꝓductiuus tēgamētoꝝ ꝓportiōatoꝝ ꝯpōnib⁹ illaꝝ
triū v̄tutū cū sit ꝓductiu⁹ cordis epatis ꝛ cerebri. vltra aūt
istos tres spūs a corde cere° ꝛ epate ꝑuenientes ꝯtingit cū sp
mate q̄ ad spūosaꝫ ptē ꝯtineri spūs ꝑticulares a mēbris ꝑti
cularib⁹ decisos: q agūt ad assilādū fetū ꝑri q̄ ad mēbro/
rū a q̄bus decidunſ dispōnes nō tn̄ nāles: ſ3 accn̄tales: vt
v̄bi grā. stigma ꝛ silēs dispōnes. vn̄ ꝛ q̄nqꝫ hereditarij mō
bi ꝯbunſ: ꝛ ħ voluit Auic. 20. tertij. ca° allega° ad finē cū di
xit: imo o3 vt sit ei. ſ. spmati ex oī mē° ꝑncipali fons: ꝛ vt sic
ex mēbris alijs resudatio ēt ad istas radices: ꝛ ꝑpꝑ illud est
assilatio: ꝛ ꝑpꝑ ħ gn̄aſ ex mē° diminuto mē° diminutū. ℭ Et
si ꝯsideras ibi mētē Aui. nō vult ꝙ gn̄aſ diminutū ex dimi
nuto mō cōiter assignato: q2 a pte callosa q̄ est iter extremi/
tates mē' decidaſ spūs agens ad ꝓductionē callositatis in
tali extremitate: puta brachij ꝛ illa callositas ꝓhibet in fe/
tu applicationē alteri⁹ mē°. nā tūc. A. nō diceret illud qō i/
mediate subdit. dicit. n. l3 illud. ſ. gnō diminuti fiat dū vene
nō vltimū finē ꝯsequunſ: ꝛ nō ꝓcedit appetit⁹ vltimus cu3
digōne cōpleta. Pon⁹. n. dixisset oppositū: si bn̄ cōsideras.
ℭ Redeūdo ḡ ad ꝑncipale spma q̄ ad ptē spūosa3 ꝛ corpu/
lētā decidiſ tāq̄3 a fontibus a trib⁹ ꝑncipalib⁹ mēbris: ꝛ cō
tingit ipsum ab vnoquoqꝫ ꝑticulari mēbro spū3 particula/
rē recipe facientē ꝑ accn̄s ad mēbri ꝓductionē ꝛ assilationē.
Et hinc est ꝙ ab cisio venaꝝ que sunt post aures facit steri
lem: vt Auic. eodē ca° vult expsse: l3. G. dicat se ħ ignorare.
ℭ Nota 6° ꝙ ħ nomē spma q̄nqꝫ sumiſ ꝓ cōi ad oēm humi F
ditatē ꝑ coitū expellibilem. siue illa hūiditas fuerit ꝓlifica
siue nō. ꝛ isto mō diuidiſ spma in ꝓlificū ꝛ nō ꝓlificū. 2° mō
sumiſ solū ꝓ humiditate ꝓlifica ꝑ coitū expellibili: ꝛ ħ mō
loquēdo humiditas que egrediſ an̄ coitū in mulierū am/
plexu nō est sperma: sed dr̄ alguadi ab Auicen. 20 tertij.

Et hoc modo sumēdo erit dubiū apud pħos ꝛ medicos vtrū mulier hēat veru3 G Mulier q̄uo habeat ve spermā.
spma in q̄ dubio ineniunſ opiniōes varie. nā3 Gal. vr̄ velle
ꝙ mulier hēat spma veꝝ ꝙ ꝯcurrat ꝑ eius spūosa3 ptē effe
ctiue ad fetus ꝓductionē: ſ3 ꝑ corpulentā suā partē māliter
ꝯcurrat ad fetus gn̄ationē: ꝛ vr̄ fundari sup hoc ꝙ nisi ita
esset nulla posset assignari cā assimilatiōis fetus ad matre3
in dispōnib⁹ tā nālib⁹ q̄3 accn̄talibus. nā cū isti sint effectus
positiui debēt hr̄e cām positiuā ꝑ se illos intēdentē: sed viri
spma hoc nō intēdit nec mēstruus sanguis pōt hoc facere:
q2 mere māliter ꝯcurrit. ergo est oppoꝛtunū spma mulieris
hoc facere: ꝛ q2 videmus spmatica mēbra alba. iō illoꝝ mā
d3 esse spma ta3 muliebre q̄3 virile quo ad suā partē corpu
lentā. ℭ Dicit vlterius Gal. ꝙ spma viri ad efficiēdū ꝯcur
rit fortius q̄3 sperma mulieris: ꝛ ad patiēdū fortius ꝯcurrit
spma mulieris. ꝛ imaginandū est ergo grā exēpli debilissi/
mū spma viri ꝓlificū esse potēs vt tria: sed nullam mulierē
posse facere sperma potēs: vt tria ad effectiue ꝯcurren̄. ad
fetus gn̄atione3. ꝛ hoc mō saluamus ꝙ nunq̄3 effectiue ad
aiandū fetū ita fortiter ꝯcurrit spermis mulieris sicut viri.
ℭ 2° imaginādū est istas virtutes actiuas duoꝝ spermatū
nō esse oino eiusdē rōnis. ꝛ iō nō posse per augmentū vigo
ris spermatis viri ꝯtingere ꝙ ex ipso solo fiat generatio: ꝛ
ita de spermate mulieris. sicut ad radiū visualē coloꝛ re/
p̄n̄tatiuū causandū ꝯcurrit iuxta quosdā pħos coloꝛ ꝛ lu/
men: sed semꝑ siue debile siue forte magis ꝯcurrit lumē to/
tale q̄3 coloꝛ. ℭ Ex quo p3 ꝙ mulier nō pōt sine spmatis vi
ri ꝯcursu recte cōcipere: ꝛ si in cā sibi iueniunſ v̄tus actiua ꝛ
passiua ad ꝓductionē fetus. ℭ Notādū tn̄ circa ħ quosdā
velle ꝙ alioꝝ paritate: vtputa etatis cōplexōis regiminis ve
rū est spma viri potētius ad fetus generationē ꝯcurrere q̄3
mulieris: ſ3 nō alr̄ est nec̄iū. ℭ Et tu iuxta hos modos ꝯsi/
dera q̄uo saluaſ fetū aliq̄n assimilari matri ēt debiliori exi
stente sua spmatis v̄tute ꝓpter mēstrui aptitudine3 ad reci
piendū sīltudinē nr̄a magis q̄3 pris: ꝛ q̄uo ꝯtingit simila
ri matri in cōplexione. patri vero in cōpositione: ꝛ ecōtra
ℭ Secunda positio est Aristote. ꝛ ipsum sequentium ꝛ isti-

dicunt sperma mulieris nõ posse p se active ɔcurrere ad ge/nerationẽ fetus. ℂ Dicũt 2° nõ esse necessariũ mulieris sper/ma ad gñationẽ ɔcurrere active vel passive: ꝛ h̃ declarant: qꝛ in illis viuẽtib⁹ in qbus vnũ indiuiduũ est potẽs dandi vtutẽ activã ꝛ passivã nõ fit gñatio p coitũ masculi ꝛ femi/ne. sicut in plantis apparet in qbus est vtus vtriusq₃ sexus: ꝛ ẽt in qbusdã aialib⁹. ergo in illis in qb⁹ gñatio fit p coitũ maris ꝛ femelle nullũ eoꝝ est potẽs dare mãm gñatiõis ꝛ virtutẽ activã: cũ ergo femina prebeat mãm: sequit̃ q̃ non dabit activã virtutẽ. ꝛ sic sperma ei⁹ nõ p se ɔcurrit ad gña/tionẽ fetus active. ℂ Scõm pꝫ signis: qꝛ multe mulieres impregnate sunt sine hmõi spermatis emissione: imo ẽt cũ violate fuerint ꝛ eis coitus displicuerit: sed tunc nõ ɔcurrit sperma: qꝛ nõ emittũt. ergo nõ est necessariũ mulieris sper/ma ɔcurrere. ℂ Dicũt tñ hmõi muliebre sperma qñ in te/sticulis mulierũ digerit̃ ꝛ dealbat̃ esse sic mãm magis obe/dientẽ trãsmutatiõi faciẽde a spermate viri: ꝛ pp h̃ facilius fieri gñationẽ ɔcurrẽte muliebri spermate q̃ nõ ɔcurrẽte. ℂ Itẽ adiuuat pp delectationẽ quã mulier hꝫ in emissione sua. vñ avidius sperma cõplectit̃: ꝛ hoc pꝫ signis ꝛ effecti/bus: quos quotidie videmus de modis ĩpregnãdi: qꝛ mul/tum est rarum q̃ fiat impregnatio sine amborum sperma/tum simultanea emissione.

A Sed hanc sequendo viaꝫ restat dubitatio quõ accidit fetũ sila/ri matri: ꝛ quõ fiãt femine cũ sperma masculi semp intẽdat marẽ pducere: ꝛ tertio quõ fiat silitudo fetus ad matrẽ nõ solũ in nãlib⁹ dispõnib⁹: sꝫ ẽt accñtalib⁹. ℂ Pro pmo dr̃ q̃ silitudo fetus ad mrem est in nãlib⁹ dispõnib⁹. s. cõplõne ꝛ cõpõne: ex mẽstrui aptitudine ꝛ nõ oꝫ cãm particularẽ illã silitudinẽ efficientẽ illã p se intẽdere: imo ille est effectus p accñs. ℂ Silr̃ dr̃ q̃ femella fit pter pticularis agẽtis intẽ/tionẽ sicut lateralis descẽsus aque nõ obstãte q̃ fiat a gra/uitate: tñ est preter a que intẽtionẽ. ℂ Uel 2° dr̃ q̃ semẽ viri nãliter intẽdit oẽm similitudinẽ vel dispõnẽ que põt esse in diuiduo nãli: sed aliq̃ prius aliq̃ posterius ꝛ p se facit fe/mellã ꝛ matri silẽ: sꝫ ista nõ fit de pncipali agẽtis intẽtiõe. de similitudine vo in stigmate vel cicatrice: multi putãt eãꝫ esse: qꝛ mẽstruũ cõtingit a totius habitudine decidi ꝛ par/tem que a cicatrizato mẽbro decidit̃ esse aptiorẽ vt ex ea correspondens pars in fetu pducat̃. ꝛ iõ qꝛ illo ẽt ad cicatricẽ recipiendã vel cicatricis similitudinẽ est apta: pducitur ab agente preter intentionem sicut monstra.

ℂ Alij vo volũt: q̃ lꝫ mulieris sperma quo ad partẽ suã spi/ritiosam nõ possit p se effective ɔcurrere ad fetus genera/tionẽ: tñ põt p accñs iuuare ꝛ imutatiões quasdã iprimere. vñ sicut emplm nõ p se digestiuũ est: sed ɔstringit ipsũ ꝛ iuua/re calorẽ stõi ad digerẽdũ: ita imaginãduꝫ est de spermatis mulieris pte spũosa. ꝛ iõ aliq̃ talis spũs ad calefandũ aut idurãdũ aut colorãdũ mãm gñationis põt cõcurrere: sꝫ nõ p se ad fetus pductionẽ ɔcurrat. ℂ Et scõm hãc viaꝫ. seqt̃ pmo mulieres nõ hr̃e spma ppriũ: sed illa sua humiditas q̃ in coitu expellit̃ dr̃ gutta ab Arist. seqt̃ 2° mulieres nõ hr̃e

B pprie testiculos. ℂ Ultimo nõ. q̃ spma qñq₃ dr̃ a phis aia/tum esse: qđ nõ est ita intelligẽdũ q̃ forma subalis spmatis sit aia: sꝫ q̃ spma p virtutẽ in eo a pr̃e derelictã est p se aiati corporis pductiuũ: ꝛ ista dr̃ aia vtualr̃. ℂ His ergo expe/ditis reuertor ad lr̃aꝫ. ꝛ fuit p^m signũ dictũ cõplõnis cal̃e q̃ isti sũt magis appetẽtes coitũ. cũ. n. testiculi mãꝫ spmatis ad se trahãt ꝛ digerãt: ꝛ calor ad has opõnes iuuet: pꝫ q̃ ex ca/lidis testiculis fit q̃ in eis est spmatis cali abũdãtia. vñ ad illius expulsionẽ isurgit appetit⁹ pcipue illo sua caliditate sti/mulãte. ℂ Pꝫ rõ scdi dicti. s. q̃ isti gñant pl̃imos masculos cũ masculus gñet̃ p spmatis viri vigorẽ iuxta oẽꝫ viã: ꝛ pci/pue mãei gñõnis calefactionẽ. caloꝛ aũt testiculoꝝ spma est magis cal̃m. igit̃ magis masculos gñant. accidit tñ istos gñare femellas aut merito dispõnis mr̃is: aut merito istu/rus: aut merito iordinati regiminis pr̃is. tertij vo signi cã est clara: qꝛ calor intẽsior citius põt mãm generationis pi/lorum adurere ꝛ in pilos convertere: ꝛ hoc est dicere q̃ ci/to pubescunt genitalia. ℂ Deinde cum dicit. II.

Frigida vero crasis est contraria.

ℂ Frigidum autem econtrario hꝫ. Laurẽ.

ℂ Frigidior vero contraria efficit. Leoni.

ℂ Dic põit. 6. signa frie cõplõnis dicẽs: q̃ cõ/plexio fria testiculoꝝ est ɔ̃ria his quo ad effectũ. s. qꝛ nõ est mltũ venereus: sꝫ modicũ: ꝛ q̃ ñ ẽ masculoꝝ gñatrix: qꝛ aut nõ gñat: aut gñat feminas: ꝛ q̃ tarde pubescũt ptes genita/les. cã p^i est: qꝛ modicũ attrahit̃ de spmatica mã ad tales te/sticulos: ꝛ illa modicũ digerit̃ ꝛ sit paꝝ stimulãs ad expul/sionẽ pp fridiratẽ. ℂ Cã scđi est: qꝛ spma eoꝝ debili exñte calore nõ sufficienter digerit aut calefacit mãm gñationis. ℂ Causa tertij est: qꝛ calor debilis non cito põt materiam adurere ꝛ in pilum convertere. III.

Humida qdem: ꝛ multi seminis: ꝛ hu/midi est. Sicca vero ꝛ pauci seminis: ꝛ mediocriter spissi est.

ℂ Humidũ vero seminis efficit mul/tuꝫ. Siccũ vo paꝝ seminis ac modice crassum. Laurẽ.

ℂ Et humida qdẽ multo: ꝛ hũido semine abun/dat. Sicca paucũ: ꝛ modice crassuꝫ gñat semẽ. Leoni.

ℂ Ponit signa hũide cõplõnis dicẽs: q̃ cõplõ hũida tñ est mlti semis ꝛ hũidi. ℂ Cã est: qꝛ cũ calorẽ hẽat eq̃lẽ: medio/criter attrahit mãm spmatis: sꝫ qꝛ est hũida in digõne illius nõ mltũ dissoluit̃: nec tñ q̃tũ in tẽpato. ꝛ iõ semẽ est mltũ: ꝛ qꝛ calor nõ ita obtinet sup mltũ humidũ. sicut sup medio/cre. iõ nõ est ita bñ digestũ. ꝛ p ɔñs est humidũ. nã coagula/tio spmatis fit a calõ spũosante ꝛ aqueas ptes ad aereã na/turã ɔvertente: cũ ergo calor est ipotentior fit aquosius.

ℂ Sicca vo. Põit signa sicce dicẽs: q̃ cõplõ sicca ẽ pau/ci semis ꝛ mediocriter spissi: ꝛ cã paucitatis ẽ ɔsũptio nĩẽi merito siccitatis: ꝛ qꝛ calor cũ siccitate est potẽtior ad dissol/uẽdũ. cãe vo spissitudis sũt eedẽ: ꝛ qꝛ calor modicũ humidũ cũ nõ adurit magis digerit. ꝛ p digõnẽ spma fit globosuꝫ ꝛ spissuꝫ. ℂ Et nõ. q̃ lꝫ ex cõplõne testiculoꝝ fiãt q̃dã sup to/tuꝫ appentie: qđ pꝫ p trãsmutatiões ɔtingẽtes p testiculoꝝ abscisionẽ: tñ Gal̃. has tacuit volens q̃ ex dictis de corde ꝛ epate ista p nos apprehenderemus. IIII.

Calida vero ꝛ sicca crasis: ꝛ spissi semi/nis est: ꝛ maxime gñatrix masculoꝝ: citissime ad coitũ excitat. a. pncipio er/go ꝛ huiusmodi citissime pubescũt in partibus genitalibus ꝛ in oibus in circuitu sui: sursum quideꝫ vsq₃ ad regionẽ circa vmbilicũ: deorsum vero vsq₃ ad mediũ coxarũ. Petulca igit̃ est hmõi crasis satis ad venereꝫ. Citissime vero satiatur. Et si cogatur nocet.

ℂ Caliduꝫ ꝛ siccum tẽperamentũ crassum obti/net semẽ: ꝛ q̃ maxime hm: atq₃ ocissime excitat statim ab initio aĩal ad ɔcubitũ. Porro tales in partibus genitalibus celerrime pilos hñs: ꝛ in cũctis mẽbris que circa sunt supra vsq₃ ad vm/bilici sedẽ infra vsq₃ ad media femora. Hoc nã q̃ tẽpamẽtũ ad rẽ venereaꝫ nimiũ cõmouet̃: sꝫ ocissime implet̃ atq₃ offendit̃: vbi inferas vim. Laurẽ.

ℂ Calidior vo ac siccior: ꝛ crassum semen hꝫ: ꝛ Leoni.

secūdissima est: ac celeriter ab initio protinus ad coitū excitat aīal. Sed ꝛ his genitales partes ci/tissime hispide fiūt: atq̧ oēs que circūstāt supra quidē vsq̧ ad vmbilicū: infra vero vsq̧ ad media femora. Petulca igiť est: ꝛ ad libidinē prona huiuscemodi temperatura: statim vero satiatur: ꝛ si cogatur offenditur.

¶ Ponit signa cōplonū lapsa ꝓ cōpositaꝝ ꝛ diuidiť i q̄tuor. ibi 2ᵒ (Cōueniētib⁹) ibi 3ᵒ (Si vō fridi) ibi 4ᵒ (Sicca qdē) ¶ In hᵃ pte ponunť septē signa cōplonis cale ꝛ sic. testiculoꝝ: quoꝝ pᵐ est ꝙ istoꝝ semē est spissum: ꝛ cā est caliтas diгerēs ꝛ siccitas aquosaꝝ ptē exterminās. 2ᵐ signū est ꝙ hn̄s hāc cōplonē est marie gn̄atiuus masculoꝝ. Masculus. n. est hn̄s potētiā digerēdi ꝛ faciēdi ꝯstare ꝛ segregādi spma hn̄s pnᵐ spēi tale vt mouēs nō vt motū sine mā. femella aūt est q̄ pōt suscipe hꝰ semē: ꝛ māz pbere gn̄atiōi: ꝛ ipotēs est ad digerēdū spma mō dicto. ¶ Et qꝛ potētia digerēdi ꝛ segregādi maxime ꝑ caliditatē ꝯsistit. iō masculus est siccior ꝛ calidior femella ad sensum positū pᵒ pmi. caplo de cōplexionib⁹ etatū. ꝛ ideo calidiori ꝛ sicciori existēte spermate magis masculi generanť sue cōplexioni magis ꝓportionati.

Cōplo tēpata qūo masculorū magis gn̄atrix existat.

Sed hic nota dubiū esse an cōplo tēpata sit magis masculoꝝ gn̄atrix q̄z cal̄a ꝛ sicca ꝛ vr̄ ꝙ sic: qꝛ vt⁹ ei⁹ ē fortior. ꝛ ꝑ ꝯn̄s magis ꝯsecutiua finis ꝑ itēti q est masculus. h mō dicit Daly. cōmen. 95. ꝙ cōplexio temperata est maxime gn̄atrix masculoꝝ ꝛ non cōplexio cal̄a ꝛ siccа: nec Gal. h dixit h. ꝛ iō i antiq̄ trāslatiōe nō hr̄ ꝙ sit marie gn̄atrix masculoꝝ: sꝫ solū ꝙ ē gn̄atrix: qꝛ h cōplo digerit bn̄ spma ꝛ facit ipsum ꝓlificū: sꝫ tn̄ qꝛ facit ipsum aliq̄n ꝓp lapsum debilius. cōtingit ꝙ gn̄et feminas. ¶ Sꝫ plusq̄z cōmētator in cōmēto huius ptis vult ꝙ hec cōplexio est marie gn̄ans masculos ēt in relatiōe ad tēpataz. nā cū masculus sit cal̄s ꝛ siccus. ꝛ h gn̄et sperma sibi proportōale. iō masculoꝝ marie est gn̄atiua. ¶ Dic 2ᵒ ꝙ dupliꝛ possum⁹ imaginari spma forte. vnoᵒ ad gn̄andū absolute. ꝛ istoᵒ tēpata cōplo ē fortior. 2ᵒ mō ad hūc effcm̄. puta masculinare: ꝛ q̄d ad h potētior ē cōplo cal̄a ꝛ siccа: qꝛ aliq̄z mām ꝯuerteret ad nāz masculinā spma cal̄z ꝛ siccū q̄z ad masculinā n̄ ꝯuerteret tēpatū: ꝓp min⁹ calefacē ꝛ siccare sꝫ tn̄ plus suf. gn̄atiuū spma facē tēpata: ꝛ ꝑfectiorē masc. suf. gn̄ať. ¶ Dic dōz est sicē de epate cal̄o ꝛ hūido plus de sang. gn̄ante q̄z epar tēpatū: sꝫ forti⁹ sit tēpatū epar. ¶ 3ᵐ signū hꝰ cōplonis est ꝙ citissime excitat ad coitū. i. minori tpe post natiuitatē sit potētes ad coitū: ꝛ hui⁹ cā est: qꝛ calor coꝝ nō in multo humido submersus ꝛ itēsior exn̄s cito sit potēs digerere ꝛ sepаre spma. ¶ 4ᵐ signū est ꝙ isti citissime pubescūt in ptib⁹ genitalib⁹. s. v̓ga testiculis ꝛ pectine vsq̧ ad vmbilicū ꝛ ifra vsq̧ ad mediū coxaꝝ. nā vsq̧ ad loca illa ꝓcedit influxus fortis testiculoꝝ mām adurēs ꝛ in pilos ꝯuertens. ¶ 5ᵐ signū est ꝙ ista cōplo est petula. i. appetitiua actuū venereoꝝ: ꝛ hui⁹ cā est stimulatio quā facit spma multū pruritiuū exn̄s. ¶ 6ᵐ signū ē ꝙ cito satianť coitu: qꝛ cito mām seminalē ꝓpellūt ea exn̄te modica ꝛ ꝑ aliтatē ꝛ siccitatē cōsumpta. ꝛ est ēt cā: qꝛ in delectatiōe plurimi coꝝ spūs dissoluunť. ¶ Septimū signū est: qꝛ si cogantur pre delectatiōe vel appetitu multū coire nocenť: qꝛ cadunt in arefactionez impotentiā digerendi ꝛ pessim. V.

Conuenientibus sigdē caliditate ꝛ hūiditate: pilosi qdē minus hmōi his q dicti sunt: multi vero seminis magis: non concupiscunt vero magis aliȷs. Sufficiūt vero sine lesione magis venereis plurimis. Si vero satis augeať vtraq̧ ꝛ calidum ꝛ humidum: nō sine lesione abstinent a venereis.

¶ Ubi caliditas cū humiditate concurrat tales pilosi min⁹ existūt: sꝫ magis abūdāt semine: nō tn̄ magis q̄z aliȷ appetunt: minusq̧ offenduntur vbi sepius ꝯcūbāt. Quod si ambo nimiū creuerint: tum calor: tum ēt humiditas non sine lesione a rebus venereis abstinent. Laurē.

